τὸς ἐπύκνωσεν αὐτοὺς, τῆς τε δυνάμεως ἡ ἐσχάτη λύσις ἱκανῶς πυκνοῖ. τοὺν μέσῳ δὲ πάντων πυρετῶν ἀποψυχθέντων, μηδέπω δὲ ἀπολλυμένων αὐτῶν, τὴν εἰς ἀραιότητα τροπὴν εἰργάσατο. τοῦτο τὸ εἶδος τοῦ μαρασμοῦ πρεσβυτικῆς ἡλικίας ἴδιον, ἡνίκ᾽ ἂν μάλιστα τῶν κατὰ πνεύμονα καὶ θώρακα πεπονθός τι τύχοι. οὗτοι τὴν πυρεκτικὴν σκληρότητα τοῦ σφυγμοῦ φυλάττουσι, κἂν ἀραιὸς ᾖ. παντελῶς δ᾽ ὀλίγοις τῶν μαραινομένων εἰς ἄλλην ἀνωμαλίαν ὁ σφυγμὸς τρέπεται, πλὴν τῆς εἰρημένης κατὰ τὸ μέγεθος.

Κεφ. ια΄. Ὁ δὲ τῶν φθισικῶν ὀνομαζομένων σφυγμὸς μικρὸς καὶ ἀμυδρός ἐστι καὶ μαλακὸς, καὶ ταχὺς συμμέτρως καὶ ἑκτικός.

Ἑξῆς περὶ τῶν φθισικῶν ὀνομαζομένων ὁ λόγος ἐστί. μικρὸν μὲν καὶ ἀμυδρὸν ἐχόντων τὸν σφυγμὸν, ἀῤῥωστίᾳ τῆς δυνάμεως, οὐ μὴν ἱκανῶς γε ταχὺν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν πυρεττόντων, ὅτι μηδὲ περικαῆ πυρέττουσι πυρετόν. ἑκτικὸν δὲ καὶ οὗτοι τὸν σφυγμὸν ἔχουσιν, ὅτι καὶ τὸν πυρετόν. ἀπὸ γοῦν τοῦ κατειληφότος τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος αὐτῶν πυρετοῦ ὁ σφυγμὸς οὗτος ὀνομάζεται.

bros, tum facultatis extrema dissolutio abunde efficit crebros. Quod autem intercedit, omnibus refrigeratis febribus, nondum tamen extinctis iis, in raritatem commutat. Genus hoc marcoris senibus proprium est, praesertim quum aliquid vitii pulmo et thorax contraxit. Hi febrilem retinent pulsus duritiem, etiam si rarus sit. Omnino paucis marcescentibus in aliam inaequalitatem pulsus ac illam quam diximus, magnitudinis, vertitur.

Cap. XI. *Phthisicorum quos vocant pulsus parvus et languidus est, mollisque et modice celer atque hecticus.*

Proxima est oratio de phthisicis quos vocant, qui pulsum facultatis imbecillitate parvum et languidum habent, at non nimium celerem ut plerique febricitantes, quod non detineantur urente febre. Hi habent etiam pulsum hecticum, quod et febrem habeant hecticam: sic a febre, quae corporis occupavit universum habitum, appellatur pulsus;

ἑξῆς δὲ τούτων ἐν τῷ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένῳ βιβλίῳ περὶ τῶν περιπνευμονικῶν ὁ λόγος ἐστί. προσγράψαι δὲ κἀνταῦθα τὴν ῥῆσιν ἄμεινον εἶναί μοι δοκεῖ, τοιαύτην ὑπάρχουσαν.

Κεφ. ιβ'. Ὁ δὲ τῶν περιπνευμονικῶν μέγας ἐστὶ καὶ ἀμυδρὸς καὶ μαλακὸς, ὁμοίως τῷ τῶν ληθαργικῶν, πλὴν ὅσα πλεονάζει τῇ ἀνωμαλίᾳ, τῇ τε κατὰ μίαν πληγὴν καὶ τῇ συστηματικῇ καλουμένῃ· κατὰ μὲν τὴν μίαν πληγὴν οἷον διακεκομμένος τε καὶ κυματιζόμενος καὶ δίκροτος ἔσθ' ὅτε γινόμενος, ἐν δὲ τῇ συστηματικῇ, τάς τε ἄλλας διαφορὰς ἔχων καὶ ποτὲ μὲν διαλείπει, ποτὲ δὲ παρεμπίπτει.

Ἡ μὲν ῥῆσις αὕτη, τὰ συμπίπτοντα τοῖς περιπνευμονικοῖς ἀκριβῶς ἐκδιδάσκουσα. τὰς δ' αἰτίας αὐτῶν οὐ χαλεπὸν ἐξευρίσκειν τῷ μεμνημένῳ τῶν ἐν τοῖς πρώτοις ὑπομνήμασιν ἀποδεδειγμένων. οὐδὲν γὰρ θαυμάσιον οὔτε μέγαν εἶναι τὸν σφυγμὸν αὐτῶν οὔτε ἀμυδρὸν οὔτ' ἀνώμαλον ἐπὶ φλεγμοναῖς τοῦ πνεύμονος, οὕτω μὲν χαύνου καὶ μαλακοῦ σπλάγχνου, καὶ μεστοῦ κενῶν χωρίων μυρίων, οὕτω δὲ πλησίον

ab his in libro ad tirones fcripto caput fequitur de peripneumonicis. Quod quidem hic vifum mihi eft adfcribere: habet autem ad hunc modum.

Cap. XII. *Peripneumonicorum magnus eft pulfus et languidus, mollisque fimiliter atque lethargicorum pulfus, nifi quatenus praepollet inaequalitate et in uno pulfu et collectiva quam vocant. In uno ictu, quum veluti interpellatur et undofus eft ac dicrotus interdum fit; in collectiva, cum alias differentias habet, tum modo intermittit, modo intercurrit.*

Hoc caput eft quod accurate quae peripneumonicis accidunt docet. Caufas vero, fi memoriam habes eorum quae docuimus in primis commentariis, nullo negotio inveneris. Neque enim eft mirum vel magnum effe pulfum illorum, vel languidum, vel inaequalem ob pulmonis inflammationem, visceris tam laxi et mollis, locisque inani-

τῆς καρδίας κειμένου. διότι μὲν γὰρ χαῦνον καὶ μαλακὸν καὶ πολύκενον, ὑπὸ φλεγματικωτέρου τε καὶ παχυτέρου τὴν σύστασιν αἵματος, εἰς φλεγμονὴν ἄγεται, τοῦ λεπτοῦ καὶ χολώδους ὡς τὰ πολλὰ διαῤῥέοντός τε καὶ σφηνωθῆναι μηδαμῶς κατὰ τὸ σπλάγχνον δυναμένου. τὸ δὲ τοιοῦτον ῥεῦμα, λέγω δὲ τὸ φλεγμονικὸν, διαβρέχει μὲν τὸν χιτῶνα τῶν ἀγγείων, διαλύει δὲ τὸν τόνον τῆς ἐν αὐτοῖς δυνάμεως, καὶ οὕτω μεγάλους τε ἅμα καὶ ἀμυδροὺς ἀποτελεῖ τοὺς σφυγμούς. [228] ὅτι δὲ καὶ τῆς καρδίας ἐγγὺς τὸ σπλάγχνον, ἡ ἀνωμαλία πολυειδὴς γίνεται. θλίψεσι γὰρ ἀρτηριῶν καὶ σφηνώσεσι καὶ ὅλως πληθωρικαῖς διαθέσεσιν ἐδείξαμεν ἕπεσθαι τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ μᾶλλον, ἐπειδὰν ἐγγὺς ὦσι τῆς καρδίας. ὅτι δ᾽ ἐν ταῖς περιπνευμονίαις θλίβονται καὶ βαρύνονται καὶ σφηνοῦνται καὶ ἀῤῥωστοῦσιν αἱ ἀρτηρίαι τοῦ πνεύμονος, οὐ δεῖ λόγου. διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ δίκροτος ἐπ᾽ αὐτῶν σφυγμὸς σπανίως γίνεται, καίτοι τῆς γ᾽ ἄλλης ἀνωμαλίας πολλῆς συμπιπτούσης, ὅτι δεῖ τοὐπίπαν τῷ δικρότῳ προσεῖναί τι σκληρότητος ἀγγείου. ταύτην δ᾽ ἐκ φλεγματικοῦ ῥεύματος οὐχ οἷόν τε κτήσασθαι. τοῦ γὰρ χολωδεστέρου τὸ

bus infinitis pleni, tam porro vicini cordi. Nam quia laxum est et molle et undique vacuum, a pituitosiore atque crassiore sanguine inflammatur, quum tenuis biliosusque fluat fere, nec in viscere ulla ratione densari possit, talis fluxio, pituitosa inquam, tunicam irrigat vasorum, frangit autem vim facultatis quae in illis est. Quo fit ut magnos simul et languidos pulsus reddat. Quia vero cordi etiam viscus est vicinum, multiformis generatur inaequalitas. Siquidem compressionibus arteriarum et constrictionibus, denique affectibus plethoricis ostendimus inaequalitatem succedere, potissimum si finitimae sint cordi. Atqui quod in peripneumonia comprimantur et graventur constringanturque, atque debiles sint pulmonis arteriae, quid refert dicere? Quapropter pulsus iis dicrotus infrequens est, quamvis aliam habeant multam inaequalitatem; quod dicrotus fere semper vasis requirat quandam duritiem, quam quidem non contra-

Ed. Chart. VIII. [228.] Ed. Baſ. III. (113.)

συνάγειν καὶ ξηραίνειν καὶ τείνειν καὶ σκληρύνειν ἔργον. ἐπεὶ τοίνυν σπανίως τοῦτο διοχλεῖ τῷ πνεύμονι, δῆλον ὡς καὶ ἡ σκληρότης σπανίως ἔσται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὁ δίκροτος σφυγμός. ὅτι δὲ παρὰ τὸ τῆς βλάβης μέγεθος ἤτοι διαλείποντες ἢ παρεμπίπτοντες ἔσονται σφυγμοὶ, καὶ τοῦτ᾽ ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ δεδήλωται. καὶ ὅστις οὐ μέμνηται ἐκείνων, μάτην καὶ ταῦτα ἀναλέγεται. μεμνημένῳ δὲ περιττοτέρας ἐξηγήσεως οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν ἔτι. καὶ γὰρ τὰ τούτοις ἐφεξῆς εἰρημένα διὰ τῆς εἰσαγωγῆς ὑπὲρ τῶν περιπνευμονικῶν οὐκ ἔχει τὰς αἰτίας ἀσαφεῖς τῷ μεμνημένῳ τῶν πρώτων, ἀλλ᾽ ἀπόχρη κἀνταῦθα τὴν ῥῆσιν αὐτὴν παραγράψαι μόνον.

Πυρεττόντων δὲ ἁπάντων τῶν περιπνευμονικῶν ὀξέως, καὶ ἔτι καὶ κωματῶδες ἐχόντων, ὁπότερον ἂν αὐτῶν ἐπικρατῇ, κατ᾽ ἐκεῖνον μάλιστα τὸ ποσὸν τῆς πυκνότητος εὑρίσκεται. πυρετωδεστέρας μὲν γὰρ ὑπαρχούσης τῆς περιπνευμονίας, ἱκανῶς πυκνὸς ὁ σφυγμὸς, κωματωδεστέρας δὲ ἧττον πυκνός.

fiat ex pituitoſa fluxione. Siquidem bilioſioris munus eſt cogere, ſiccare, tendere, indurare. Quae quando minus ſaepe pulmonem infeſtat, ſane erit rara quoque durities, et ſi haec, ſimul dicrotus pulſus etiam. Jam pro offenſae magnitudine vel intermittentes pulſus, vel intercurrentes fore, etiam ſecundo libro declaratum eſt, quae ſi exciderunt, nequicquam haec leges; ſi retines, prolixiorem interpretationem non puto jam te deſiderare. Nam quae in iſagoge deinceps de peripneumonicis retulimus ſi primorum memoriam retines, non habent obscuras cauſas, quandoquidem hic quoque ipſum ſatis eſt caput duntaxat adſcripſiſſe.

Quum autem febre teneantur acuta omnes peripneumatici, atque habeant adiunctum nonnihil comatis, utrum ſuperius horum ſit, pro ejus ratione potiſſimum quantitas crebritatis invenitur. Nam inſigniorem ſi peripneumonia febrem habeat, pulſus erit multum creber: ſin majus coma, minus creber erit.

Κεφ. ιγ΄. Ὁ δὲ τῶν ληθαργικῶν σφυγμὸς ὅμοιος ὢν τῷ τῶν περιπνευμονικῶν κατὰ μέγεθος καὶ ἀσθένειαν καὶ μαλακότητα, βραδύτερός ἐστιν αὐτοῦ καὶ ἀραιότερος καὶ ἧττον ἀνώμαλος, διαλείπων μᾶλλον ἢ παρεμπίπτων. γίνεται δ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ δίκροτος. ἀεὶ μέντοι κυματώδης ἐστὶν ἔν γε ταῖς βαθείαις καταφοραῖς, ἐφ᾽ ὧν ταῦτα λέγεται. τῶν γὰρ συμπεπληρωμένων ἅπασι τοῖς ἑαυτῶν γνωρίσμασι νοσημάτων τοὺς σφυγμοὺς διέξιμεν, ἵνα καὶ τῶν ἐλλειπόντων κατά τι καὶ μηδέπω τελέων ἱκανῶς γνωρίζειν δυνηθῶμεν (114) τὸ μέγεθος, ὅσον τε ἤδη ἔχουσι καὶ ὅσον οἷόν τε προσγενέσθαι αὐτοῖς.

Ὅτι καὶ ὁ λήθαργος ἐπὶ φλεγματώδει γίνεται χυμῷ, δέδεικται καὶ τοῦτ᾽ ἐν τοῖς ἰδίοις ὑπὲρ τῶν νοσημάτων λόγοις. ὥστε καὶ εὐλόγως ὁ σφυγμὸς ὁμοιότατός ἐστι τῷ τῶν περιπνευμονικῶν, βραδύτερος εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἀποκεχώρηκε τῆς καρδίας οὐκ ὀλίγον ὁ ἐγκέφαλος. ὁ γὰρ δὴ πνεύμων τῇ γειτνιάσει τῇ πρὸς ἐκείνην εὐλόγως ὠκυτέρους τε καὶ πυκνοτέρους ἀπεργάζεται τοὺς σφυγμοὺς, ἐπειδὰν θερμότερος ᾖ. ὅτι δὲ καὶ ἀνωμάλους μᾶλλον εὔλογον

Cap. XIII. *Lethargicorum pulſus ſimilis peripneumonicorum eſt, magnitudine, imbecillitate, mollitie: ſed eo eſt tardior rariorque ac minus inaequalis, intermittens potius quam intercurrens. Eſt quum dicrotus fiat; at undoſus ſemper in altis quidem ſoporibus eſt, de quibus haec dicuntur. Morborum enim pulſus exponimus, qui omnibus ſuis indiciis conſtent: quo, ſi qui aliquatenus deficiant, neque dum ſint integri, ſatis cognoscere magnitudinem et qua jam ſunt praediti et quae accidere iis poteſt, valeamus.*

Lethargum quoque ex humore pituitoſo gigni, in commentariis quos ſeparatim ſcripſimus De morbis oſtenſum eſt; unde merito ejus pulſus ſimillimus eſt peripneumonicorum, verum hoc tardior, quod procul a corde remotum eſt cerebrum. Nam pulmo quidem ob viciniam, quae ipſi intercedit cum corde, pulſus ſuo jure, quum calidior ſit, celeriores ac crebriores creat. Jam vero etiam magis in-

γίνεσθαι διὰ τὴν γειτνίασιν, οὐδὲ τοῦτο ἄδηλον τοῖς μεμνημένοις τῶν πρώτων. διὰ τοῦτο δὲ καὶ διαλείπων ἐστὶν ἢ παρεμπίπτων μᾶλλον ὁ τῶν ληθαργικῶν σφυγμός. ἐπὶ πλέον γὰρ ψυχρότερον, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις νεκρωδέστερον τοῦ τῆς περιπνευμονίας ἐστὶ τὸ τοῦ ληθαργικοῦ νόσημα. ψυχρᾶς δ' ἦν οἰκεῖος διαθέσεως καὶ δυνάμεως ἐπὶ πλέον ἀπεψυγμένης ὁ διαλείπων σφυγμός.

Κεφ. ιδ'. [229] *Ὁ δὲ τῶν φρενιτικῶν σφυγμὸς μικρός ἐστι· σπανιώτατα δ' ὤφθη ποτὲ μέγας, καὶ τόνου μετρίως ἔχει καὶ σκληρὸς καὶ νευρώδης ἐστὶ καὶ πυκνὸς ἄγαν καὶ ταχύς. ἔχει δέ τι καὶ κυματῶδες. ἐνίοτε δὲ καὶ ὑποτρέμειν σοι δόξει· ποτὲ δὲ καὶ ἀποκεκόφθαι σπασμωδῶς. τὸ γὰρ τῶν πυρετῶν ἴδιον ἐν τῷ τάχει σύμπτωμα μάλιστα οὗτος ἐναργῶς ἐκτήσατο κατ' ἀμφότερα τῆς διαστολῆς τὰ πέρατα, καὶ μᾶλλον τὸ ἔξω. ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς κατὰ τὴν θέσιν ἀνωμαλίας εἶδος εὑρεῖν ἐν αὐτῷ σφοδρῶς γενόμενόν ποτε. ἀλλὰ καὶ ὅλη σοι δόξει πολλάκις ἡ ἀρτηρία, καταλιποῦσα τὸν ἑαυτῆς τόπον ἄνω φέρεσθαι, κλονωδῶς ἀναβραττομένη μᾶλλον ἢ σφυγμωδῶς διαστελλομένη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ*

aequales eos merito eſſe ob viciniam, ne hoc quidem eſt obscurum, ſi prima retinuiſti. Itaque intermittens eſt potius quam intercurrens pulſus lethargicorum, longe enim frigidior, et ut ita dicam, magis lethalis peripneumonia eſt morbus lethargici. Atqui frigido erat affectui proprius facultatique valde refrigeratae pulſus intermittens.

Cap. XIV. *Phreniticorum parvus pulſus eſt, rariſſime autem conſpectus eſt magnus eſſe, et contentus eſt modice, durus et nervoſus eſt, valde eſt celer et creber; habet praeterea nonnihil undoſi, interdumque vel ſubtremere tibi videbitur, interdum etiam praeciſus cum convulſione quadam. Quod enim febres in celeritate proprium habent ſymptoma, hic obtinet clariſſime, in utroque termino diſtentionis, praecipue externo. Invenias etiam inaequalitatis in ſitu genus inſigniter aliquando in illo apparere; imo totam ſubinde arteriam ſua ſede deſerta conſpicias attolli potius cum vibratione ebullientem quam more pulſus diſtentam; pari modo delabi detractam potius*

κάτω χωρεῖν, κατασπωμένη μᾶλλον ἢ συσπωμένη. τὸ δ' ἄγαν αὐτῆς πυκνὸν ἐφεδρεύουσαν ἀπειλεῖ συγκοπήν.

Οὐδ' ἐνταῦθα χαλεπὸν οὐδὲν ἐξευρεῖν τὰς τῶν εἰρημένων αἰτίας τῷ γιγνώσκοντι μὲν ὡς ἐπὶ χολώδει χυμῷ φρενῖτις γίνεται, καθάπερ ἐπὶ φλεγματώδει λήθαργος, εἰδότι δὲ ὅτι καὶ κατὰ μὲν αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ὁ λήθαργος μᾶλλον ἔχει τὴν γένεσιν, ἡ φρενῖτις δὲ κατά τε τὴν λεπτὴν μάλιστα μήνιγγα καὶ τὸ διάφραγμα. τούτων γάρ τις μεμνημένος καὶ ὅτι μικροὶ καὶ ὅτι σκληροὶ κατὰ λόγον οἱ σφυγμοὶ γίνονται μαθεῖν οὐ δεῖται. καὶ μὴν εἰ θερμὸν μὲν τὸ πάθος, μικροὶ δ' οἱ σφυγμοὶ, πάντως δήπου καὶ πυκνοί. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὡς τὸ τῆς προτέρας διαστολῆς ἐλλιπὲς εἰς πυκνότητα τρέπει τοὺς σφυγμούς. ὥσπερ δ' ὁ περιπνευμονικὸς σπανίως ποτὲ δίκροτος γίνεται, διότι σκληρότητος ἥκιστα μετέχει, οὕτως ὁ φρενιτικὸς κυματώδης σπανιώτατα γίνεται, διότι καὶ αὐτὸς ἥκιστα μετέχει μαλακότητος. τὸ δ' ὑποτρέμειν ὅτι δυνάμεώς ἐστιν ἀῤῥωστούσης γνώρισμα δέδεικται δι' ἑτέρων. ὅταν οὖν ἡ ἐν ταῖς ἀρτηρίαις δύναμις ἐπιπλέον διαστέλλειν αὐτὰς ἐγχειρῇ, δεῖται γὰρ τούτου διὰ τὸ πλῆθος

quam contractam. At vero immodica ejus crebritas proximam denunciat ſyncopen.

Neque hic quidem cauſas illorum quae diximus invenire magni laboris fuerit, ſi ſcias generari a bilioſo humore phrenitidem, ut lethargum a pituitoſo; ſi item hoc teneas, lethargum ex ipſo potius cerebro, phrenitidem praecipue gigni ex tenui meninge et ex ſepto transverſo. Quae ſi memineris, etiam parvos merito pulſus et duros eſſe, non habebis neceſſe discere; atqui ſi affectus calidus eſt, pulſus autem parvi, omnino etiam crebri ſunt. Etenim prioris diſtentionis defectum demonſtravimus ante in crebritatem pulſus mutare. Porro, ut peripneumonicus pulſus raro dicrotus fit, quod nihil prorſus habeat duritiei: ſic phreniticus rariſſime undoſus efficitur, propterea quod et hic plane careat mollitie. Nam quod ſubtremere facultatis ſit ſignum imbecillae aliis locis oſtendimus. Ubi ergo quae in arteriis eſt facultas amplius diſtendere eas conetur,

τῆς θερμασίας, ἔπειτα μὴ δύνηται διὰ τὴν σκληρότητα τοῦ χιτῶνος, ὑποτρέμειν πως ὁ σφυγμὸς δοκεῖ. καὶ δῆλον ὡς τηνικαῦτα μάλιστα γίνεται τὸ τοιοῦτον, ἐπειδὰν καὶ συγκοπήσεσθαι μέλλωσιν, ὥσπερ ἐπειδὰν σπασθήσεσθαι, σπασμώδης ἐστὶ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν κίνησις. τὸ δ᾽ ἀποκεκόφθαι σπασμωδῶς τὴν κίνησιν καὶ μὴ κατὰ βραχὺ παύεσθαι διὰ παντὸς ὑπάρχει τοῖς φρενιτικοῖς, ὡς ἂν καὶ τῆς θερμότητος ἐπικρατούσης καὶ τῶν ὀργάνων σκληρῶν ὑπαρχόντων. ὀρεγομένης γὰρ ἔτι τῆς δυνάμεως διαστέλλειν τὰς ἀρτηρίας, ἡ τῶν χιτώνων ἀντιβαίνει σκληρότης, κἀντεῦθεν τὸ βίαιον καὶ τὸ οἷον σπασμωδῶς ἀποκεκομμένον. οὕτω δὲ σκληρότης καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ διαστέλλεσθαι τὰς ἀρτηρίας ἐξαιφνίδιός τέ τις καὶ ἀθρόα ὥσπερ ἐκθορνυμέναις γίνεται μᾶλλον, οὐ κατὰ βραχὺ διαστελλομέναις. οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ φλεγμονῇ πυρέττουσιν ἅπασι, τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ᾽ ἧττον φαίνεται τὸ τοιοῦτο συμβαῖνον, οὐκ ἐν τῷ πέρατι μόνον τῆς κινήσεως, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθύς. αἰτία δὲ κοινὴ τούτων ἁπάντων ἡ τῆς χρείας τῶν σφυγμῶν αὔξησις, ἅμα τῇ τοῦ χιτῶνος σκληρότητι. ὅταν γὰρ ἐπείγῃ μὲν ἡ χρεία, καὶ διὰ τοῦθ᾽

nam hoc ob caloris abundantiam deſiderat, idque durities tunicae prohibeat, videtur pulſus quodammodo ſubtremere. Plane tunc hoc potiſſimum accidit, ubi immineat ſyncope; quomodo ubi convulſio, etiam motus eſt pulſuum convulſivus. At hoc phrenitici habent perpetuum, ut cum convulſione quadam motus abrumpatur, non deſinat paulatim; viget enim calor ſuntque dura inſtrumenta. Quum enim cupiat arterias amplius facultas diſtendere, obſtat tunicarum durities; unde violentia procedit et praeciſio illa convulſiva. Sic incipiunt etiam arteriae diſtendi ſubito et affatim, quaſi exilientes magis quam pedetentim diſtentae. Sic etiam ex inflammatione febricitantibus cunctis id his plus, illis minus videtur accidere; non in motus tantum fine, ſed ab initio ſtatim. Omnium horum cauſa eſt communis, uſus pulſuum auctus, una cum duritie tunicae. Nam quum inſtet uſus, eoque quaſi in magnam facultas celeremque erum-

ἡ δύναμις ὡς ἐπὶ μεγάλην τε καὶ ταχεῖαν ἐξορμᾷ διαστολὴν, ἀντιβαίνει δ᾽ ἡ τῶν ὀργάνων σκληρότης, ἀνάγκη τὴν προειρημένην ἰδέαν ταῖς κινήσεσι συμπίπτειν. ἀλλὰ καὶ ὅτι διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην ξηρότητά τε καὶ σκληρότητα καὶ τάσιν τῶν ἀγγείων ἀνώμαλος ὁ σφυγμὸς φαίνεται κατὰ τὴν θέσιν οὐδὲν θαυμαστὸν ἐννοεῖν τοῖς μεμνημένοις τῶν ἔμπροσθεν. ὥσπερ οὐθ᾽ ὅτι τὸ λίαν πυκνὸν ἐφεδρεύουσαν ἀπειλεῖ συγκοπήν. ἀῤῥώστου γὰρ δυνάμεως ἡ πυκνότης ἔγγονος ἐδείκνυτο.

Κεφ. ιέ [230] Ἐφεξῆς ὁ λόγος ἐστὶ περὶ τοῦ μικτοῦ δοκοῦντος εἶναι πάθους ἔκ τε φρενίτιδος καὶ ληθάργου καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς σφυγμοὺς ἐν τῷ μέσῳ τῆς ἑκατέρου τῶν παθῶν ἔχοντος ἰδέας. ἥτις μὲν δὴ τοῦδε τοῦ πάθους ἐστὶν ἡ φύσις, ἐν ἑτέροις δεδήλωται· διότι δ᾽ εὔλογον αὐτῷ καὶ τοὺς σφυγμοὺς ἔχειν μικτοὺς, ὡς ἂν καὶ αὐτῷ μικτῷ φύσιν ὑπάρχοντι, θαυμάσιον οὐδέν. ὥστέ τις τοῦτο γινώσκων οὐδὲν ἔτι δεῖται λόγου πλείονος. ἀλλ᾽ ἀρκεῖ μοι κἀνταῦθα παραγράψαι τὴν ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς ῥῆσιν, ὧδέ πως ἔχουσαν.

pat diſtentionem, renitatur autem durities inſtrumentorum, in ideam illam quam retulimus neceſſe eſt ut incidat motus. Quin etiam ob eandem hanc ſiccitatem et duritiem tenſionemque vaſorum, non mirum eſt, ſi intelligant, qui priora meminerunt, videri pulſum in ſitu inaequalem: at ne hoc quidem, inſignem crebritatem inſtare, ſignificare ſyncopen. Ab imbecilla enim facultate oſtendimus oriri crebritatem.

Cap. XV. Poſthac ſermo mihi eſt de affectu, qui mixtus eſſe ex phrenitide et lethargo videtur; qui ideo etiam pulſus habet inter utrunque affectum ambigentes. Naturam hujus affectus alibi declaravimus. Itaque pulſus eum merito habere mixtos, quum ſit etiam ipſe natura mixta, non mirum eſt. Quamobrem ſi id noris, non requiras jam longiorem interpretationem; ſed ſi caput hic quoque adſcripſero ex iſagoge, ſatis erit. Habet autem ad hunc modum.

Ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο πάθος, ὃ εἴτε μέσον αὐτὸ ληθάργου καὶ φρενίτιδος χρὴ νομίζειν, ὡς οὐδ᾽ ἑτέρῳ ταὐτὸν ὂν, εἴτε κοινὸν ἀμφοῖν, ὡς μικτὸν ἔκ τε τῶν τῆς φρενίτιδος εἰδῶν ἔκ τε τῶν τοῦ ληθάργου, τοῦτο μὲν ἰδίᾳ σκεψόμεθα· περὶ δὲ τῶν σφυγμῶν νῦν αὐτοῦ ἐροῦμεν. καὶ ἵνα μὴ ὥσπερ αἴνιγμά τι προσβεβλημένον εἴη, τοῖς συνεδρεύουσιν αὐτὸ δηλώσω. τὰ μὲν πολλὰ μύουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ὑπνώδεις εἰσὶ καὶ ῥέγχουσιν. αὖθις δ᾽ αὖ ἐπὶ πλεῖστον ἀτενὲς ὁρῶντες διετέλεσαν ἀσκαρδαμυκτὶ, παραπλησίως τοῖς κατόχοις. καὶ εἰ πυνθάνοιό τι καὶ εἰ διαλέγεσθαι βιάζοιο, δυσχερεῖς ἀποκρίνασθαι καὶ ἀργοὶ, τὰ πολλὰ δὲ παραφόρως φθεγγόμενοι καὶ οὐκ ὀρθῶς ἀποκρινόμενοι καὶ ληροῦντες εἰκῆ. τοιοῦτον μέν ἐστι τὸ πάθος, ὃ νῦν βούλομαι δηλοῦν τοῖς συνεδρεύουσι γνωρισθὲν, ἀπορίᾳ οἰκείου ὀνόματος. οἱ σφυγμοὶ δ᾽ αὐτοῦ ταχεῖς μὲν καὶ πυκνοὶ, παραπλησίως φρενιτικοῖς, ἀλλ᾽ ἧττον. οὕτω δὲ καὶ ἰσχύος ἧττον ἐκείνων ἔχουσιν, πλατεῖς δὲ καὶ βραχεῖς, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἔξω κίνησιν, ἀθρόως ἀποκεκομμένον οὐκ ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ μὲν

Jam etiam alius eſt affectus, qui ſive medio loco ponendus ſit inter lethargum et phrenitin, ut qui cum neutro in totum conveniat, ſive communis eſſe ambobus exiſtimandus, ut ex phrenitidis ſpeciebus et lethargi mixtus, ſuo loco conſiderabimus. Nunc de ejus pulſibus agemus; at ne quaſi aenigma quoddam propoſitum ſit per ſigna, quae cum eo ſunt connexa, eum ob oculos ponam. Connivent fere oculis, ſomnolenti ſunt, atque ſtertunt, rurſus oculis fixis ac inconniventibus diutiſſime, ut catochi, intuentur; et ſi quid roges atque ad colloquium compellas, difficiles ſunt ad reſpondendum et tardi. Plerunque etiam ſtulte loquuntur, nec recte reſpondent, ac temere nugantur. Is eſt affectus, quem dico, qui ex ſignis ſibi adjunctis defectu proprii nominis cognoſcitur. Pulſus ejus celeres ſunt et crebri, perinde ut phreniticorum, minus tamen; et roboris item minus ac illi obtinent. Lati autem ſunt et externum motum non habent ſubito trun-

τρόπῳ καθάπερ εἴσω σπεύδοντες ὑποφεύγουσιν, ἐπιταχύνοντες τὴν συστολὴν, καὶ οἷον ὑποκλέπτοντες τῷ τὴν διαστολὴν, οὐ μὴν ὅμοιοί γε κατ᾽ αὐτὴν τῷ τῶν φρενιτικῶν. τὸ γὰρ οἷον ἀποκεκομμένον οὐκ ἔχουσιν.

Κεφ. ιστ΄. Οἱ δὲ τῶν κατόχων σφυγμοὶ, κατόχους γὰρ αὐτοὺς καὶ κατεχομένους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, κατοχὴν δὲ καὶ κατάληψιν οἱ νεώτεροι τὸ πάθος ὀνομάζουσιν, ἐοίκασι μὲν τὰ ἄλλα τοῖς ληθαργικοῖς, μεγέθους τε χάριν καὶ βραδύτητος καὶ ἀραιότητος, ὥσπερ καὶ ὅλον τὸ πάθος τοῦ πάθους οὐ πόῤῥω τὴν ἰδέαν ἐστὶν, οὐ μὴν ἀσθενὴς ὁ τῶν κατόχων σφυγμὸς, οὐδὲ μαλακὸς, ἀλλ᾽ ἐν τούτοις δὴ καὶ πάνυ διαφέρει, ὥσ(115)τε κἂν τῷ λύεσθαι μὲν καὶ οἰδίσκεσθαι τὴν ὅλην ἕξιν τοῖς ληθαργικοῖς, ἐσφίχθαι δὲ καὶ συνέχεσθαι τοῖς κατόχοις. οὕτω δὲ καὶ ἀνωμαλίᾳ καὶ ὁμαλότητι διαφέρουσιν ἀλλήλων. ὁμαλὸς γὰρ ὁ τῶν κατόχων σφυγμὸς, ἀνώμαλος δὲ ὁ τῶν ληθαργικῶν. Ἀρχιγένης δέ φησι τὸν τῆς ἀρτηρίας τόπον ἰδίως ἐπ᾽ αὐτῶν θερμότερον εὑρίσκεσθαι, καθάπερ τοῖς σπασθησομένοις μετὰ καταφορᾶς.

catum; ſed alio modo veluti intro ſe proripientes ſubterfugiunt, ac concitant contradictionem, et quaſi ſuffurantur diſtentionem; verum in ea pulſui phreniticorum non ſunt ſimiles, quod truncatione illa careant.

Cap. XVI. *Catochorum pulſus, (κατόχους enim et κατεχομένους veteres appellabant; juniores ipſum affectum κατοχὴν et κατάληψιν vocant) caetera lethargicis ſimiles ſunt, magnitudine, tarditate, crebritate; ut nec totius hujus affectus ſpecies late ab eo diſſidet. Catochorum tamen non imbecillus eſt pulſus, nec mollis, ſed in his ſane multum differt; ut etiam in hoc, quod laxatur lethargicis atque intumeſcit univerſum corpus; contra ſtipatur et cogitur catochis. Ad haec inaequalitate et aequalitate inter ſe diſtant. Aequalis enim pulſus eſt catochorum, inaequalis lethargicorum. Archigenes arteriae locum auctor eſt proprie in iis inveniri calidiorem, ſicut illis quibus convulſio imminet, cum ſopore.*

Σύμπαντα σχεδὸν τἄλλα ταὐτὰ τοῖς κατόχοις ἐστὶ πρὸς τοὺς ληθάργους, πλὴν τοῦ διοιδίσκεσθαί τε καὶ οἷον νεκροῦσθαι τὴν ἕξιν. ὅθεν καὶ οἱ σφυγμοὶ τήν τε ἀμυδρότητα καὶ τὴν μαλακότητα παραλλάττουσαν ἴσχουσι, τὴν μὲν, ὅτι μήπω τῆς δυσκρασίας ὅλην τὴν ἕξιν διαδεδυκυίας· ἡ δύναμις εὔρωστός ἐστι, τὴν μαλακότητα δὲ οὐδ᾽ αὐτὴν ἔχουσιν, ὅτι μηδὲ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας ἤδη μαλακόν. ὁ δὲ τῆς ἀρτηρίας τόπος οὐκ ἀεὶ μὲν ἐναργῶς, ἐμοὶ γοῦν ἐφάνη θερμότερος, ὡς τὰ πολλὰ μέντοι σαφῶς εὑρίσκεται θερμότερος. [231] αἴτιον δὲ κἀν τούτῳ τῷ πάθει κἀν τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς ταὐτὸν εὑρίσκεται σύμπτωμα, τὸ τὴν ψύξιν τῆς ἕξεως οὐχ ὁμοίως ἧφθαι τῶν ἀρτηριῶν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα συμπίπτει ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις. φαίνεται τοίνυν θερμότερος ὁ τῶν ἀρτηριῶν τόπος τῶν πέριξ, ἐνίοτε μὲν αὐτῷ τῷ θερμανθῆναι μᾶλλον, ἐνίοτε δὲ τῷ τῶν περικειμένων ἧττον ἐψύχθαι.

Κεφ. ιζ. Τῶν δὲ σπωμένων αὐτὸ μὲν τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας συνῆχθαι δοκεῖ, καὶ πανταχόθεν ἐστεγνῶσθαι, οὐχ ὡς τεθλιμμένον ὑπό τινος, ἢ στενοχωρούμενον, οὐ μὴν οὐδ᾽ ὡς πεφρικὸς, οἷον τὸ πυρεκτικὸν, καὶ μάλισθ᾽ ὡς ἐν ἐπιση-

Univerſa pene alia cum lethargicis conveniunt catochis, praeter quod immutescat habitus et veluti obſtupescat, unde pulſibus mutatur tum remiſſio tum mollities; illa, quod cum intemperies nondum univerſum habitum occupavit, firma ſit facultas. Nec vero mollitiem habent, quod nec tunicam etiam arteriae mollem. Arteriae vero regionem non ſemper equidem reperi calidiorem, fere tamen invenitur manifeſte calidior. Cauſa eſt et in hoc affectu et in aliis, ubi invenitur idem ſymptoma, quod refrigeratio habitus non aeque arterias attigerit. Etenim inaequali intemperiei multa talia uſu veniunt. Ac videtur quidem calidior locus arteriarum finitimis circumcirca, modo quod caleat magis; modo quod minus quam circumpoſita ſit frigidus.

Cap. XVII. *Convulſorum ipſum corpus arteriae videtur contractum et undequaque coarctatum, non ceu compreſſum ſit a quopiam, vel conſtipatum, nec etiam veluti rigidum, ut in febre, praeſertim in acceſſionibus,*

μασίαις, οὐδ᾽ ἐν ἐπισημασίαις, οὐδ᾽ ὡς διὰ σκληρότητα δυσεπέκτατον, οἷον τὸ ἐπὶ χρόνου μήκεσι, καὶ μάλιστα σὺν ἁμαρτήμασιν, ἢ σπλάγχνων κακώσεσιν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ σῶμα νευρῶδες κοῖλον, οἷον ἔντερον, ἤ τι παραπλήσιον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν περάτων τεταμένον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κίνησις ἀνώμαλος, ἄνω καὶ κάτω μεθισταμένης τῆς ἀρτηρίας, ὥσπερ χορδῆς. οὐδὲ γὰρ διαστολῆς ἢ συστολῆς ἔμφασίς ἐστιν, ἀλλὰ κλόνῳ μᾶλλον ἔοικεν, οἷον ἐκπηδώσης ἄνω καὶ αὖθις εἴσω σπωμένης. καὶ οὐδὲ διακεκριμένως τοῦτο πασχούσης, ἀλλ᾽ ἑνὶ χρόνῳ πολλάκις τὸ μέν τι μέρος αὐτῆς ἄνω φέρεσθαι δοκεῖ, καθάπερ ἐκτοξευόμενον, τὸ δὲ ἔσω φέρεσθαι, καθάπερ ὑπό τινος ἑλκόμενον· καὶ τὸ μὲν ταχέως κινεῖσθαι, τὸ δὲ βραδέως. δοκεῖ δὲ καὶ σφοδρὸς εἶναι καὶ μέγας ὁ τῶν σπωμένων σφυγμός. ὁ δ᾽ ἔστι μὲν οὔτ᾽ ἄῤῥωστος οὔτε μικρὸς, οὐ μὴν ἐφ᾽ ὅσον φαντάζεται σφοδρὸς, ἢ μέγας. ἐξαπατᾷ γὰρ ἡ πληγὴ, διὰ μὲν τὴν τάσιν εὔρωστος φαινομένη, διὰ δὲ τὸν κλόνον ἐκπηδητική. ὅθεν καὶ ὑψηλότερος ἔσθ᾽ ὅτε φαίνεται καὶ οἷον ψόφον τινὰ τραχὺν ἀποτελεῖ πρὸς τὴν ἁφήν.

nec vero ut prae duritie ad intentionem contumax; veluti quod fit diuturnitate temporis, praeſertim quum quid offenſum ſit, vel viſcera vitiata; ſed ut corpus nervoſum cavumque, veluti inteſtinum, aut ſimile, ex utroque fine intentum. Ad eundem modum inaequalis motus eſt arteriae in modum chordae ſurſum deorſumque agitatae. Neque enim ſpecies diſtentionis vel contractionis repraeſentatur: verum vibrationi potius ſimilis eſt, ceu exilientis ſurſum, iterumque retractae intro. Quod ne conſtituto quidem tempore habet, ſed uno ſaepe tempore alia ejus pars videtur ferri ſurſum, veluti ejaculata; altera intro ceu a quopiam attracta; atque una moveri celeriter, altera tarde. Jam vehemens quoque et magnus convulſorum pulſus videtur eſſe. Eſt vero hic non imbecillus, neque parvus; non perinde tamen, ut videtur, vehemens, vel magnus. Ictus enim imponit, dum ob tenſionem validus, ob vibrationem exilire appareat. Quamobrem altior interdum videtur ac veluti ſtrepitum quendam ad tactum

Ed. Chart. VIII. [231.] Ed. Baſ. III. (115.)

καὶ οὐκ ἄν τινα λάθοι τῶν ἠσκημένων ὁ σφυγμὸς οὗτος. οὐδενὶ γὰρ ἔοικεν οὔτε κατὰ τὴν ἐφ᾿ ἑκάτερα τάσιν οὔτε τὸ σπασμῶδες τῆς κινήσεως. μιγνυμένου δ᾿ αὐτοῦ τῷ τῆς καταφορᾶς, δυσφορώτατος ἡ κίνησις, καὶ μόνῳ τῷ καθ᾿ ἑαυτὸν ἑκάτερον γνωρίζειν ἀκριβῶς ἐσκεμμένῳ δυνατὸν καὶ τὴν μίξιν ἐπιγνῶναι.

Ἡ μὲν ῥῆσις ἡ ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς αὕτη. πρόδηλος δὲ τῶν εἰρημένων ἡ αἰτία τῷ μεμνημένῳ διότι συμπάσχουσιν ἀλλήλαις αἱ ἀρχαί.

Κεφ. ιη΄. Παραλύσεως σφυγμὸς μικρὸς καὶ ἀμυδρὸς καὶ βραδύς ἐστι, καὶ τισὶ μὲν αὐτῶν καὶ ἀραιὸς, τισὶ δὲ καὶ πυκνὸς μὲν, ἀλλ᾿ ὑποδιαλείπων ἀτάκτως.

Μικρὸς μὲν καὶ βραδύς ἐστιν ὁ τῶν παραλελυμένων σφυγμὸς, ὅτι ψυχρὸν τὸ πάθος· ἀμυδρὸς δὲ, ὅτι καὶ ἡ δύναμις ἀῤῥωστοτέρα. μείζονος δὲ τῆς ἐν αὐτῷ γενομένης καταλύσεως πυκνὸς ἅμα καὶ ἀνώμαλος καὶ ὑπολείπων ἀτάκτως. εἴρηται δ᾿ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡ αἰτία κατὰ τὸ δεύτερον τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων.

edit aſperum. Sane neminem, qui quidem ſit expertus, fugiat hic pulſus. Quippe nulli eſt ſimilis vel tenſione in utranque partem, vel convulſione motus. At quando cum pulſu ſopitorum commixtus eſt, difficillime motus deprehenditur; ſolusque qui ad amuſſim utrunque cognoſcere ſeparatim meditatus eſt, poterit confuſos cognoſcere.

Habes caput ex iſagoge. Cauſa autem illorum aperta eſt, ſi memineris inter ſe principia conſentire.

Cap. XVIII. *Paralyticorum parvus pulſus et languidus tardusque eſt. Nonnullis rarus quoque, aliis creber, ſed nonnihil inordinate intermittens.*

Pulſus paralyticorum quia frigidus morbus eſt, parvus eſt et tardus; languidus etiam, quod facultas imbecillior ſit. Quod ſi major in illis diſſolutio facultatis exoriatur, creber ſimul et inaequalis erit intermittensque nonnnihil inordinate. Cauſa eſt ante expoſita in ſecundo libro horum commentariorum.

Κεφ. ιθ΄. Ἐπιλήπτων δὲ καὶ ἀποπλήκτων οἱ σφυγμοὶ παραπλήσιοι. ὅσα οὖν περὶ τῶν ἐπιλήπτων εἰρήσεται, τοσαῦτα [232] καὶ περὶ τῶν ἀποπλήκτων εἰρήσεσθαι χρὴ δοκεῖν, ἐπιτεταμένα μᾶλλον. ἐν μὲν δὴ τῷ μετρίως ἐνοχλεῖσθαι καὶ μηδέπω τῆς φύσεως ἱκανῶς ἰσχυρότερον εἶναι τὸ πάθος οὐδεμίαν εὔδηλόν ἐστιν εὑρεῖν τροπὴν ἐν μεγέθει καὶ σφοδρότητι καὶ τάχει καὶ πυκνότητι καὶ σκληρότητι. μόνον δὲ ὥσπερ τεταμένη καθ᾽ ἑκάτερόν ἐστιν ἡ ἀρτηρία τοῖς σπωμένοις εἰκότως. εἰ δ᾽ ἰσχυρὸν εἴη τὸ πάθος, ὡς βαρύνειν τὴν δύναμιν, ἀνωμαλίαν τέ τινα λαμβάνει καὶ τάσιν ἰσχυρὰν καὶ μικρότερος καὶ ἀμυδρότερος γίνεται καὶ ἀραιὸς καὶ βραδὺς, μεγάλως δὲ θλῖψαν καὶ καταβαλὸν τὴν δύναμιν ἀμυδροὺς καὶ μικροὺς καὶ πυκνοὺς ἐργάζεται.

Ἡ μὲν ῥῆσις αὕτη. τοσούτῳ δὲ οὐ δεῖ νεωτέρας ἐξηγήσεως τοῖσδε τοῖς σφυγμοῖς εἰς εὕρεσιν αἰτίας, ὥστε καὶ μαρτυρεῖ σαφῶς τοῖς ἐν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων εἰρημένοις.

Κεφ. κ΄. Ὁ τῶν συναγχικῶν σφυγμὸς τάσιν μέν

Cap. XIX. *Comitialium et attonitorum fimiles pulfus funt. Quare de comitialibus quae exponemus, eadem de attonitis; fed cumulatius accipienda funt. Dum modice infeftatur natura, neque dum eam multum fuperavit morbus, nullam invenias mutationem infignem, magnitudinis, vehementiae, celeritatis, crebritatis et duritiei; tantum eft convulfus, intenta jure utrinque arteria. Sin autem gravis fit affectus, ut oneret facultatem, inaequalitatem quandam comparat atque tenfionem validam, ac minor, languidior, rarus tardusque efficitur. Si comprimat magnopere et facultatem dejiciat, languidos, parvos crebrosque creat.*

Caput hoc eft. At tantum abeft ut novam interpretationem hi pulfus defiderent ad caufas inveniendas, ut etiam dilucide illa confirment, quae in horum commentariorum primo et fecundo tradidimus.

Cap. XX. *Anginae pulfus tenfionem quandam ha-*

τινα παραπλησίαν ἔχει τῷ σπασμώδει, μέγας δ' ἐστὶ καὶ κυματώδης, ὡς ὁ τῶν περιπνευμονικῶν, καὶ ὁπότερον ἂν ἐν αὐτῷ μεγάλως ἐπικρατῇ, κατ' ἐκεῖνο χρὴ προσδοκᾷν τὴν μετάπτωσιν. εἰ μὲν τὸ περιπνευμονικὸν εἶδος ἐπικρατήσειεν, εἰς περιπνευμονίαν· εἰ δ' αὖ τὸ σπασμῶδες, εἰς σπασμὸν ἡ συνάγχη τελευτήσει. ὅσοι δ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἰσχυρῶς πνίγωνται, μικρὸς τούτοις καὶ ἀραιὸς ὁ σφυγμὸς γίνεται· τελευτώντων δὲ ἤδη πυκνὸς καὶ ἀνώμαλος.

Πάσῃ μὲν φλεγμονῇ τὴν ἀρχὴν εἰς συμπάθειαν ἀγούσῃ κοινὸν σύμπτωμα τείνειν τὸν σφυγμόν. ἀλλὰ μᾶλλον τοῦτο δρῶσιν αἵ τε τῶν νευρωδῶν σωμάτων καὶ ὅσα πλησίον εἰσὶ τῆς ἀρχῆς. ταῦτά τοι καὶ ὁ τῶν συναγχικῶν σφυγμὸς οὐκ ἂν ἄνευ μὲν τάσεως, ἀλλ' ἤτοι πλέον ἢ ἧττον αὐτῆς μετέχει. γίνεται γὰρ τοῦτο διά τε τὸν ἐπιῤῥέοντα χυμὸν, ἢ χολωδέστερον, ἢ φλεγματικώτερον ὑπάρχοντα, καὶ διὰ τὴν τῶν ὀργάνων αὐτῶν τῶν ἐν τῷ τραχήλῳ διαφοράν. τὰ μὲν γὰρ νευρωδέστερά τε καὶ συντονώτερα τείνει μᾶλλον τὸν σφυγμόν· ὅσα δὲ σαρκώδη τε καὶ χαῦνα, κυματωδέστερον ἀπεργάζεται

bet ei quam convulſivus habet perſimilem, magnus eſt et undoſus; ut pulſus peripneumonicorum, ac utrum inſigniter in eo polleat, pro eo expectanda mutatio eſt. Nam ſi peripneumonica ſpecies ſuperior ſit, in peripneumoniam; ſi vero convulſiva, in ſpaſmum angina deſinet. Quicunque autem ex illis vehementer ſuffocantur, parvum hi habent et rarum pulſum; ubi jam animam agant, crebrum atque inaequalem.

Omnis inflammatio, quae conſentiens ſibi principium habet, commune obtinet ſymptoma, tenſionem pulſuum; verum hoc faciunt praecipue inflammationes nervoſorum corporum et quae ſunt principio finitimae; itaque nec anginae pulſus vacat tenſione, ſed vel plus, vel minus ejus habet; quod ex humore fit confluente, qui vel bilioſior, vel pituitoſior ſit et ex ipſorum etiam inſtrumentorum cervicis differentia. Siquidem nervoſiora et contentiora vehementius pulſum tendunt, carnoſa et remiſſa undoſiorem

ταῦτα. τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς λέξεως δῆλα, πλὴν τοῦ κατὰ τὸ τέλος εἰρημένου, τοῦ μικρὸν μὲν καὶ ἀραιὸν γίνεσθαι τοῖς πνιγομένοις ἐξ αὐτῶν τὸν σφυγμὸν, ἐπὶ τελευτῇ δὲ πυκνὸν καὶ ἀνώμαλον. ἔχει γὰρ οὕτως. ἐν μὲν ταῖς ἀρχαῖς τοῦ πνίγεσθαι μικρότεραί καὶ ἀραιότεραι τῶν ἀρτηριῶν αἱ διαστολαὶ γίνονται, τῆς τε δυνάμεως ἀῤῥωστούσης ἤδη, καὶ τῆς χρείας μειουμένης. ἐφεξῆς δ᾽ ὅταν ἤδη πλησίον ὦσι θανάτου, πειρᾶται ἡ δύναμις ἐπισπᾶσθαι συνεχέστερον, ὡς ἂν καὶ τῆς οὐσίας ἤδη τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἐλλειπούσης. ἀῤῥωστοῦσα δὲ μικρὰς μὲν ἐξ ἀνάγκης ἐργάζεται τὰς διαστολάς· ὅτι δὲ μικρὰς, διὰ τοῦτο καὶ πυκνάς. εἴρηται γὰρ ὑπὲρ τούτου ἔμπροσθεν. εἶτ᾽ ἐξαίφνης ὡσπερεὶ πεδηθεῖσα, πολλάκις μὲν ἔστη, πολλάκις δ᾽ ἐμέλησε στῆναι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον διαλείποντα, τὸ δ᾽ ἕτερον ἀραιὸν ἐργάζεται τὸν σφυγμόν· ἄμφω δ᾽ ἀνώμαλον ἐν τῇ κατὰ τοῦτο τὸ γένος διαφορᾷ.

Κεφ. κα΄. Ὀρθοπνοίας ὀξείας σφυγμὸς ἀνώμαλος ἄτακτος, ὑπεκλείπων, καὶ τῆς μὲν μέσης τῇ κακίᾳ πυκνὸς,

reddunt. Caetera clara ſunt hujus capitis, niſi quod dictum ad exitum eſt, qui illorum ſuffocantur, hos pulſum habere parvum et rarum, inter moriendum crebrum ac inaequalem. Sic enim res habet; quum incipiunt ſuffocari, fiunt arteriarum minores et rariores diſtentiones; quod imbecilla jam facultas ſit et uſus imminutus. Inde ubi morti jam ſunt proximi, molitur quidem facultas attrahere crebrius, quod ſubſtantia deficiat jam ſpiritus animalis: ſed quum imbecilla ſit, parvas diſtentiones neceſſario efficit; et quia parvas, ideo crebras. Nam de hoc diximus ante. Poſtea ſubito veluti victa, ſaepe ſubſiſtit, ſaepe cupit ſubſiſtere. Quorum alterum intermittentem, alterum rarum pulſum creat, ambo inaequalem in hujus generis differentia.

Cap. XXI. *Orthopnoea acuta inaequalem et inordinatum pulſum habet et nonnihil deficientem. Quae*

τῆς δ' ἐσχάτως (116) βιαίας βραδὺς καὶ ἐκλείπων, τῆς δ' ἀναιρούσης ἤδη πυκνὸς καὶ ἀμυδρός.

[233] Τοῦ χρονίου νοσήματος, ὃ δὴ προσαγορεύουσιν ὀρθόπνοιαν, ὀξεῖς εἰσιν οἱ παροξυσμοὶ, καθάπερ καὶ τῆς ἐπιληψίας. ἔν τε οὖν τούτοις, οὐχ ἥκιστα δὲ κἀν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ὀρθοπνοίαις ταῖς ὁπωσοῦν ἐξαιφνίδιον γινομέναις οἱ σφυγμοὶ πάντως μὲν ἀνώμαλοί τε καὶ ἄτακτοι καὶ ὑπεκλείποντες γίνονται, διὰ τὰς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρημένας αἰτίας. ἤδη δὲ παρὰ τὰς διαφορὰς τῆς κακίας ἢ πυκνοὶ μᾶλλον ἢ ἀραιοί. ταχεῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε, διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. ἐν μὲν δὴ τῇ μέσως μοχθηρᾷ πυκνὸς μᾶλλον ἅμα τῷ καὶ ἀνώμαλος εἶναι δηλονότι καὶ ὑπεκλείπων. ἐν ἀρχῇ γὰρ τοῦ λόγου ταῦθ' ὡς ἀχώριστα προείρηται. διότι δὲ πυκνὸς γίνεται τῆς χρείας μὲν ἐπειγούσης, τῆς δυνάμεως δ' ἀῤῥωστούσης, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ μὲν δὴ καὶ ἤδη νεκρουμένης τῆς δυνάμεως βραδὺς ἅμα καὶ ἐκλείπων. ἄμφω γὰρ ταῦθ' ὑπάρχει τῇ μηκέτι κινεῖσθαι δυναμένῃ. κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ἀποθνήσκειν ἤδη βιαιοτάτης μὲν τῆς τοῦ πνεύ-

mediocriter eſt gravis, crebrum; quae violentiſſima, tardum et deficientem; quae jam perimit hominem, crebrum et languidum.

Diuturni morbi, quem orthopnoeam appellant, acutae ſunt acceſſiones, ut morbi comitialis. Ergo cum in his, tum maxime in caeteris orthopnoeis omnibus, quae quocunque modo repente fiunt; pulſus omnino inaequales et inordinati ſunt et nonnihil deficientes, propter cauſas quas commemoravi paulo ante. Jam pro diverſitate offenſae vel crebri magis, vel rari. Nam celeres quidem ob facultatis imbecillitatem fiunt nunquam. At ſi mediocris offenſa ſit, creber magis ſimulque inaequalis ac nonnihil deficiens. Nam in orationis principio haec dicta ſunt, ut inſeparata. Quamobrem autem, ubi urgeat uſus et facultas ſit imbecilla, creber fiat, ante declaravimus: ſicut quum extincta jam facultas ſit, tardus ſimul et deficiens; ambo enim adjunctae haec facultati ſunt, quae moveri amplius nequeat. At in morte jam, quum ſpiritum animalem natura impenſiſſime

ματος ἐπιζητήσεως τῇ φύσει γινομένης, ἀῤῥωστούσης δὲ δηλονότι τῆς δυνάμεως, ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι μὲν ἔρχεται τῆς χρείας καταναγκαζούσης, οὐ δυναμένης δ᾽ εἰς τοσοῦτον ἐξαίρειν τὴν ἀρτηρίαν εἰς ὅσον ἡ χρεία ποθεῖ, πυκνοὺς ἐξ ἀνάγκης ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς. καὶ τοῦτ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον τινὰ χρόνον ἅπαν ὅσον εἶχε δυνάμεως ἐπιδειξαμένη τελέως εὐθὺς ἀποσβέννυται.

Κεφ. κβ΄. *Ὑστερικῆς πνίξεως ἀποτεταμένος ἐστὶ σπασμωδῶς καὶ ἀραιός. τῆς δ᾽ ὀλεθρίας πυκνὸς, ἄτακτος καὶ ὑπεκλείπων.*

Οὐδ᾽ ἐπὶ ταύτης ἄπορος ἡ αἰτία τῷ μεμνημένῳ τῶν πρόσθεν. διὰ μὲν γὰρ τὸ πεπονθὸς ὄργανον νευρῶδες ὑπάρχον εὐλόγως ἀποτείνεται σπασμωδῶς ὁ σφυγμός. ὅτι δὲ τὸ πάθος ψυχρὸν, ἡ ἀραιότης συνεδρεύει. καταλυομένης δ᾽ εἰς ἔσχατον ἤδη τῆς δυνάμεως εὐλόγως πυκνοῦταί τε καὶ ἀνώμαλος ἅμα καὶ ὑπεκλείπων γίνεται. προείρηται γὰρ ἤδη καὶ περὶ τούτων, ὡς ὅταν ἐπείγῃ μὲν ἡ χρεία, κακῶς δ᾽ ἡ δύναμις ἔχῃ, τοιοῦτον ἀνάγκη γίνεσθαι τὸν σφυγμόν.

Κεφ. κγ΄. *Στόμαχος πεπονθὼς,* οὕτω γὰρ καλείσθω καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν ἐν τῷ παρόντι τὸ στόμα τῆς κοιλίας διὰ τὴν

requirat, imbecilla autem facultas fit, ad movendum impellente ufu fe confert; quia vero attollere tantum arteriam quantum poftulat ufus non valet, neceffario pulfus reddit crebros, ibique modico poft tempore, quum omnes fuas vires explicaverit, ftatim extinguitur univerfa.

Cap. XXII. *Uterinae fuffocationis pulfus, ut fi convelleretur, protenfus eft, et rarus; quod fi exitialis fit fuffocatio, creber, inordinatus, et nonnihil deficiens.*

Ne hic quidem difficilis eft caufa, fi priorum memoriam retineas. Quum enim nervofus fit locus affectus, par eft ut protendatur pulfus, quafi convulfivus fit. Quia vero affectus frigidus eft, adjuncta eft raritas. At ubi jam prorfus diffolvatur facultas, recte creber fit, fimulque inaequalis et nonnihil deficiens. Nam de his ante declaravimus, ubi urgeat ufus et affecta facultas fit, neceffario eum pulfum generari.

Cap. XXIII. *Stomachus affectus, (ut fic etiam vocemus in praefentia os ventriculi, quod is ufus apud vul-*

τῶν πολλῶν συνήθειαν, οὐ καθ' ἓν εἶδος τρέπει τὸν σφυγμὸν, ἀλλ' ὁ μὲν φλεγμαίνων μόνον, οἷον ἐπὶ φλεγμονῇ νευρώδους σώματος εἴπομεν γίνεσθαι, τὴν τροπὴν τοιαύτην ἐργάζεται· ὁ δὲ θλιβόμενος, ἢ δακνόμενος, ἢ ἀλύων, ἢ λύζων, ἢ ἐμετικὸς, ἢ ναυτιώδης, ἢ ἀνόρεκτος, ἢ ὀδυνώμενος, κατὰ τὸ τοῦ συμπτώματος εἶδος. αἱ μὲν γὰρ δήξεις καὶ οἱ ἔμετοι καὶ αἱ ναυτίαι καὶ οἱ λυγμοὶ καὶ ὁ ἀλυσμὸς ἰσχυρῶς πυκνοῦσι σὺν τῷ μικρὸν καὶ ἀμυδρὸν ἐργάζεσθαι καί τισι μετρίως θάττονα. θλίψις δὲ μόνη χωρὶς τούτων τινὸς καὶ ἀραιὸν καὶ βραδὺν καὶ μικρὸν καὶ ἀμυδρόν. ἡ δὲ τοιαύτη θλίψις ἐπί τε τροφαῖς βαρυνούσαις γίνεται, μηδεμίαν ἐχούσαις ἰσχυρὰν δύναμιν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τῷ ποσῷ διοχλούσαις, καί τισιν ὑγροῖς συῤῥυεῖσιν εἰς αὐτὸν ἀδήκτοις. εἰ δὲ καὶ ψύχοιτο πρὸς αὐτῶν, τότε δὴ καὶ μάλιστα τοιοῦτος ὁ σφυγμὸς ἔσται. καὶ ὁ τῶν βουλιμιώντων τοιοῦτός ἐστιν. αἱ μὲν οὖν εἰς πυκνότητα τρέπουσαι διαθέσεις ἅπασαι χρονίζουσαι ἢ σφοδρότεραι γινόμεναι τὸν σκωληκίζοντα σφυγμὸν ἐργάζονται, [234] αἱ δ' εἰς ἀραιότητα πρὸς τῷ τὰς εἰρημένας διαφορὰς ἐπιτείνειν

gus obtinuit) non uno modo commutat pulſum. Nam ſi inflammatus ſit duntaxat, ita mutat pulſum ut corporis nervoſi diximus inflammationem ſolere; ſi comprimatur, vellicetur, langueſcat, ſingultiat, vomat, nauſeet, faſtidiat, doleat, pro genere ſymptomatis. Nam vellicationes, vomitus, nauſeae, ſingultus et languor, non ſolum parvum et languidum efficiunt, et interdum etiam modice celeriorem, verum etiam admodum crebrum. Sola vero compreſſio, remotis illis omnibus rarum, tardum, parvum et languidum; ea compreſſio tum a cibis oritur gravantibus, neque ulla inſigni praeditis virtute, ſed ſola abundantia moleſtis; tum ab humoribus quibusdam, qui in eum confluant, non mordicantibus. Quae ſi ab his ſimul refrigeretur, tum vero vel maxime talis pulſus exiſtet. Ac bulimo affectorum talis pulſus eſt. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mutent, ſi diuturni ſint, vel evaſerint graviores, pulſum vermiculantem creant. Qui vero in raritatem, praeter quod commemoratas differentias

τοιοῦτόν τι σὺν αὐταῖς εἶδος ἐν τῇ καθ' ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίᾳ γεννῶσιν, ὡς εἰς πολλὰ δοκεῖν τεθρύφθαι τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας, ὡς μὴ καὶ συνεχὲς εἶναι. καὶ οἷον ψάμμου προσπιπτούσης αἴσθησις γίνεται τῇ ἁφῇ κατὰ τὴν διαστολήν.

Ἡ μὲν ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς ῥῆσις αὕτη. τὰς δ' αἰτίας τῶν εἰρημένων, ὅσα μὲν πάνυ σαφεῖς εἰσι τοῖς μεμνημένοις τῶν ἔμπροσθεν, οὐ δέομαι λέγειν· ὅσαι δ' ἀσαφέστεραι, ῥηθήσονται. δυνάμεως γὰρ ἀῤῥωστούσης τῆς μὲν κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἐπὶ δυσκρασίᾳ δηλονότι, τῆς δὲ διά τι τῶν ἔξωθεν ἤτοι βαρυνομένης ἢ ἐρεθιζομένης κακοήθως, ἐπὶ μὲν ταῖς βαρυνομέναις μικρὸς καὶ βραδὺς καὶ ἀραιὸς ὁ σφυγμὸς γίνεται, μικρὸς μὲν ὡς ἂν τῆς δυνάμεως κεκακωμένης, βραδὺς δὲ διά τε τοῦτο καὶ τῆς χρείας ἐκλελυμένης· ψυχραὶ γὰρ αἱ βαρύνουσαι τὴν δύναμίν εἰσι διαθέσεις· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἀραιὸς, ἐδείχθη γὰρ ἐκλυομένης τῆς χρείας τοιοῦτος γινόμενος· ἐπὶ δὲ ταῖς ἐριθιζούσαις μόνον καὶ λυπούσαις τὴν δύναμιν διαθέσεσιν, μικρὸς μὲν κἀπὶ ταύταις καὶ ἀμυδρὸς διὰ τὴν κάκωσιν τῆς δυνάμεως, πυκνὸς δὲ διότι καὶ ἀμυδρός· ἔστι δ' ὅτε καὶ βραχεῖ θάττων. ὥσπερ γὰρ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ

adaugent, talem praeterea speciem inaequalitatis in uno pulsu generant, ut multis locis pertusum corpus arteriae videatur, neque esse continuum; ac sentit tactus in distentione veluti arenae occursum.

Caput ex isagoge hoc est. Causas illorum, quaecunque valde perspicuae sunt memori priorum, praeteribo, exponam autem obscuriores. Quum enim debilitetur facultas aut per se, puta ex intemperie: aut de causa aliqua externa, ut vel gravetur, vel irritetur prave, gravata quidem parvum, tardum, rarum pulsum edit; parvum, quod facultas laesa sit; tardum, quum ob hoc, tum ob usum dissolutum. Frigidi sunt enim qui facultatem onerant affectus; itaque rarus quoque est. Nam dissoluto usu talem ostendimus pulsum gigni. At ex irritantibus duntaxat et molestantibus facultatem affectibus parvus etiam fit et languidus ob offensionem facultatis, et creber, quod languidus sit. Nonnunquam aliquanto etiam celerior est. Quomodo scili-

Ed. Chart. VIII. [234.] Ed. Baſ. III. (116.)

πολλάκις ἀσθενέστεροι γινόμενοι, κἄπειτα διά τινα χρείαν ἐπειχθέντες ἐπὶ πλεῖστον μὲν διαβαίνειν τοῖς σκέλεσιν ἀδυνατοῦμεν, εἰς ὅσον δ᾽ οἷοί τέ ἐσμεν ἀναγκάζομεν ἡμᾶς αὐτοὺς θᾶττόν τε καὶ πυκνότερον προβαίνειν, οὕτω καὶ ἡ τὰς ἀρτηρίας κινοῦσα δύναμις, ὅταν ἐπείγηται μὲν ὑπὸ τῆς χρείας εἰς τὰς κινήσεις, ἀσθενὴς δ᾽ ᾖ, μεγάλας μὲν οὐχ οἵα τέ ἐστι ποιεῖσθαι τὰς διαστολὰς, ἐπ᾽ ὀλίγον δέ πως ὠκυτέρας, πυκνὰς μὲν εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἐνδεέστερον τῆς χρείας αἱ διαστολαὶ γίνονται. κατὰ λόγον οὖν ταῖς μὲν εἰς πυκνότητα τρεπούσαις στομαχικαῖς διαθέσεσιν τὸν σφυγμὸν ἐπιτεινομέναις ὁ σκωληκίζων καλούμενος ἐπιγίνεται, καταλυομένης γὰρ ἦν οὗτος οἰκεῖος δυνάμεως, ταῖς δ᾽ εἰς ἀραιότητα οἷον διατεθρυμμένος, ἀνωμάλου δυσκρασίας αὐτῶν τῶν ὀργάνων ἔγγονος ὑπάρχων.

Κεφ. κδ΄. Ὑδέρων σφυγμοὶ, τοῦ μὲν ἀσκίτου μικρὸς καὶ πυκνότερος καὶ ὑπόσκληρος σὺν τινι τάσει· τοῦ δὲ τυμπανίτου μακρότερος, οὐκ ἄῤῥωστος, θάττων, πυκνὸς, ὑπόσκληρος σύν τινι τάσει· τοῦ δὲ κατὰ σάρκα κυματώδης, πλατύτερος, μαλακός.

cet nos etiam, ubi imbecilliores ſimus ac neceſſitate quapiam compellamur, plurimum quidem pedibus progredi nequimus, ſed quoad poſſimus, progreſſum noſtrum magis concitamus et continuamus: ad eumdem modum facultas, quae arterias movet, ubi ad motum adigatur ab uſu et ſit imbecilla, non poterit moliri magnas diſtentiones, ſed aliquanto celeriores, ac tanto crebriores quanto minus uſum compleant diſtentiones. Quare par eſt, ut quum affectus ſtomachi, qui in crebritatem pulſum convertunt, increscant, hos vermiculans quem vocant conſequatur pulſus. Hic enim facultati quae diſſolvitur peculiaris erat; at iis qui in raritatem, ille, qui veluti pertuſus eſt, comitatur, qui ex intemperie ipſorum inſtrumentorum oritur.

Cap. XXIV. *Hydropum pulſus, aſcitae parvus, crebrior, ſubdurus cum quadam tenſione eſt; tympanitae, longior, non imbecillus, celerior, creber, ſubdurus, cum quadam tenſione; illius quem anaſarca vocant, undoſus, latior, mollisque.*

Ὁ ἀσκίτης ὕδερος ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα χωρίοις ἀθροίζων ὑδατώδους ὑγροῦ πλῆθος οὐκ ὀλίγον, εἰς συμπάθειαν ἄγει τὰς μεγάλας ἀρτηρίας, ὡς τείνειν τε ἅμα καὶ βαρύνειν καὶ καταψύχειν· τείνειν μὲν ἅμα τοῖς ἄλλοις τοῖς τῇδε· βαρύνειν δὲ διὰ τὸ βάρος· ψύχειν δὲ διὰ τὴν περιττὴν ὑγρότητα. διὰ μὲν δὴ τὴν τάσιν εὐλόγως τὸν σφυγμὸν ποιεῖ ὑπόσκληρον σύν τινι τάσει, διὰ δὲ τήν τε τῆς δυνάμεως κάκωσιν καὶ τὴν κατάψυξιν μικρότερον. εἰς ὅσον δὲ μικρότερον τοῦ δέοντος εἰς τοσοῦτον καὶ πυκνότερον, καὶ μᾶλλον ὅταν σὺν πυρετῷ. ὁ δὲ τυμπανίας ὕδερος ἧττον μὲν βαρύνει τὰς μεγάλας ἀρτηρίας, καὶ ὅλως τὴν δύναμιν, οὐχ ἧττον δὲ τείνει. διὰ τοῦτο οὖν ὑπόσκληρος μὲν σύν τινι τάσει, καθάπερ ἐν τοῖς ἀσκίταις ὁ σφυγμὸς γίνεται, θάττων δ᾽ ἐκείνων καὶ ἧττον ἄῤῥωστος, πυκνὸς δὲ κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας ἐκείνῳ, μακρότερος δὲ διὰ τὴν κουφότητα τῶν ἐπικειμένων ταῖς ἀρτηρίαις σωμάτων. ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ βραχὺς μὲν ὁ σφυγμὸς γινόμενος, ἐπειδὰν τῷ βάρει τε καὶ πλήθει τῶν ἐπικειμένων τε καὶ περικειμένων αὐταῖς σωμάτων θλίβωνται, μακρὸς δὲ ἐκ τῶν ἐναν-

Hydrops ascites copiam acervans non modicam in ventre humoris aquoſi una ſecum magnas arterias afficit, ut intendat pariter et gravet et reſrigeret. Tendit autem una cum aliis quae eo loci ſunt; gravat ob pondus; refrigerat ob nimiam humiditatem; ac tenſionis quidem nomine pulſum reddit merito cum quadam tenſione ſubdurum. Quia vero facultas laeſa et refrigerata eſt, minorem; jam quo minorem juſto, hoc etiam crebriorem, praeſertim ubi adjuncta ſit febris. Tympanites minus gravat et magnas arterias et ſemel univerſam facultatem, verum non minus tendit, quae res facit ut perinde ac in ascitis pulſus ſubdurus ſit cum quadam tenſione. At aliquanto illo eſt celerior minusque imbecillus; creber vero iisdem de cauſis atque ille, longior ob levitatem tegentium arterias corporum. Siquidem brevem pulſum in libro ſecundo oſtendimus fieri, ubi pondere et numero incumbentium corporum arteriae et circumdantium ipſas premantur; longum ex contrariis cauſis, qua-

τίων αἰτίων, ὧν ἐστι κεφάλαιον ἡ κουφότης τῶν ἐπικειμένων, ἣ κἀν τοῖς τυμπανίαις γίγνεται. [235] πνεύματος γὰρ ὑποπιμπλᾶσιν ὅλον (117) τὸ σῶμα. λοιπὸς δ' ὁ κατὰ σάρκα τε καὶ ἀνὰ σάρκα προσαγορευόμενος, ὑγρότητι πολλῇ διαβρέχων ὅλην τὴν ἕξιν, ὡς τοὺς χιτῶνας τῶν ἀρτηριῶν ἐργάζεται μαλακοὺς, οὕτω καὶ τοὺς σφυγμοὺς μαλακούς τε καὶ κυματώδεις καὶ πλατυτέρους ἀποφαίνεται.

Κεφ. κέ. *Ἐλεφαντιώντων σφυγμὸς μικρὸς, ἀμυδρὸς, βραδὺς, πυκνός.*

Ὁ τῶν ἐλεφαντιώντων σφυγμὸς οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐπὶ πλεῖστον ἥκωσι κακώσεως, ὡς ἄῤῥωστον αὐτοῖς εἶναι τὴν δύναμιν, μικρὸς καὶ ἀραιὸς καὶ βραδὺς καὶ πυκνὸς ἀποτελεῖται. ἐδείχθησαν γὰρ οἵδε δυνάμεως ἅμα ψύξει κεκακωμένης οἰκεῖοι.

Κεφ. κστ'. *Ἰκτέρων ἄνευ πυρετοῦ μικρότερος, σκληρότερος, πυκνότερος, οὐκ ἀμυδρὸς, οὐ ταχύς.*

Ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς ἔχει τι φύσει ξηραντικὸν, ὥσπερ ἅλμη καὶ θάλαττα, καὶ διὰ τοῦτ' οὖν καὶ τὸν χιτῶνα τῶν ἀρτηριῶν σκληρότερον ἐργαζόμενος, ἅμα

rum eſt ſumma incumbentium corporum lenitas; quae quidem fit etiam in tympanite. Etenim ſpiritu univerſum corpus implet. Reſtat hydrops qui *κατὰ σάρκα* et *ἀνὰ σάρκα* appellatur. Haec quia imbuit totum habitum humore copioſo, tum tunicas reddit arteriarum molles, tum pulſus molles, undoſos latioresque facit.

Cap. XXV. *Elephanticorum pulſus parvus, languidus, tardus creberque eſt.*

Qui elephantiaſi laborant, pulſum habent non ſtatim ab initio, ſed ubi plurimum creverit offenſa, ut facultas infirma iis ſit, parvum, languidum, tardum et rarum. Hos enim facultati una cum frigiditate laeſae demonſtravimus peculiares eſſe.

Cap. XXVI. *Ictericorum pulſus eſt, ſi abſit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer.*

Vi quadam praeditus eſt flavae bilis ſuccus exiccandi, ut muria et mare. Quamobrem tunicam arteriarum indu-

αὐτῷ καὶ τὸν σφυγμὸν ἀποφαίνει σκληρότερον, εὐθὺς δὲ καὶ μικρότερον, ἀδυνατούντων δηλονότι τελέως διαστέλλεσθαι τῶν σκληρῶν ὀργάνων. ὥστ' εὐλόγως εἰς ὅσον τοῦ προσήκοντος γίνεται μικρότερος εἰς τοσοῦτο καὶ πυκνότερος, οὐ μὴν ἀμυδρός γε. οὐ γὰρ ἄῤῥωστος ἡ δύναμις. οὐ μὴν οὐδὲ ταχὺς, ὅτι χωρὶς πυρετῶν· ὡς τοῖς γε μετὰ πυρετῶν καὶ ταχὺς, διὰ τὴν τῆς χρείας ἔπειξιν.

Κεφ. κζ. Τῶν δ' ἐλλέβορον εἰληφότων ὀλίγον μὲν πρὸ τῶν ἐμέτων, ἡνίκα ἂν θλίβωνται, πλατὺς, ἀραιὸς, ἀμυδρότερος, βραδύτερος. ἐμούντων δὲ καὶ σπαραττομένων ἀνώμαλος καὶ ἄτακτος. ἤδη δὲ βελτιόνων γινομένων τεταγμένος μὲν, ἀλλ' ἔτι ἀνώμαλος, ἧττον δὲ ἢ πρόσθεν. ἐγγὺς δὲ τοῦ κατὰ φύσιν ἐλθόντων ὁμαλὸς καὶ μείζων τοῦ πρόσθεν καὶ σφοδρότερος. ὅσοι δ' ἐξ αὐτῶν συγκόπτονται καὶ σπῶνται καὶ λύζουσι, μικρὸς τούτοις καὶ ἀμυδρὸς καὶ ἄτακτος καὶ θάττων καὶ πυκνὸς ἄγαν. τοῖς δὲ πνιγομένοις αὐτῶν μικρὸς

rando et exficcando, pulfum quoque facit duriorem fimul que minorem; quod dura inftrumenta fcilicet perfecte distendi nequeant. Proinde rationi confonum eft ut quanto fiat quam par eft minor, tanto etiam crebrior evadat: non languidus eft tamen, neque enim imbecilla facultas eft. Neque vero etiam celer, quod abfint febres: nam illae fi adjunctae fint, propterea quod urgeat ufus, celer etiam fiat.

Cap. XXVII. *Veratrum qui fumpferunt, hi paulo ante vomitum, ubi comprimantur, pulfum habent latum, rarum, languidiorem, tardiorem. Interea dum vomunt et divelluntur, inaequalem et inordinatum. Quum melius habere coeperint, ordinatum quidem, fed inaequalem adhuc, minus tamen quam antea. Ubi vero jam ad naturalem ftatum prope reverfi fuerint, aequalem ac majorem quam dudum vehementioremque. Qui horum fyncope corripiuntur, convelluntur atque fingultiunt, parvum hi et languidum inordinatumque et celeriorem atque multum crebrum habent. Qui ex his fuffocantur, parvum,*

καὶ ἀμυδρὸς καὶ ἄτακτος καὶ ἀνώμαλος, οὐ μὴν πυκνὸς, οὐδὲ ταχὺς, ἀλλ᾽ ἔτι βραδύνειν μᾶλλον. ἐμφαίνει δέ τι καὶ κυματῶδες καὶ πλατὺ καί ποτε τάσιν τινὰ τῆς ἀρτηρίας βραχεῖαν.

Οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἐλλέβορον εἰληφότων ἀλόγως οἱ σφυγμοὶ θλιβομένων ἔτι βραδύτεροι καὶ ἀραιότεροι καὶ ἀμυδρότεροι γίνονται. πάσης γὰρ θλίψεως ἦσαν οὗτοι κοινοί. τὸ δ᾽ ἴδιον αὐτῶν ἐστιν ἡ πλατύτης, ἣν ἐκ τοῦ τὸ πνεῦμα πᾶν εἴσω μετὰ τῆς θερμασίας ἕλκεσθαι συμβαίνει γίνεσθαι. τῆς μὲν γὰρ πρὸς τὰ πέρατα κινουμένης δυνάμεως οἰκεῖος σφυγμὸς ὁ ὑψηλὸς, τῆς δ᾽ ὀκλαζούσης τε καὶ ἀντισπωμένης ἐπὶ τὸ ἐντὸς ὁ ταπεινός. οὗτος οὖν ἐστιν ὁ καὶ τὴν τοῦ πλάτους ἀποτελῶν φαντασίαν. τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ συμπίπτοντα αὐτοῖς εὔδηλα τοῖς μεμνημένοις τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων.

languidum, inordinatum, inaequalem, non autem crebrum, nec celerem, imo potius tardum. Repraeſentat etiam nonnihil undoſi et lati, atque parvam quandam interdum arteriae tenſionem.

Ne in his quidem, qui ſumpſerunt veratrum, a ratione alienum eſt, ſi pulſus, dum premuntur adhuc, tardiores, rariores languidioresque fiant; nam ſunt hi omnibus compreſſionibus communes. At propria iis eſt latitudo, quae hinc oritur, quod ſpiritus cum calore intro retrahatur univerſus. Nam motae facultati ad extremitates familiaris eſt pulſus altus. Ruenti vero et intro retractae humilis. Atque hic quidem eſt qui ſpeciem praebet latitudinis. Reliqua horum ſymptomata, ſi quae tradidimus antea retinuiſti, plana ſunt.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VIII. [236.] Ed. Baſ. III. (117.)

Κεφ. α΄. Ὅτι μὲν οὐ τῶν μελλόντων ἡ πρόγνωσίς ἐστι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παρόντων τε καὶ τῶν προγεγονότων, ἀρκεῖ τὸ πάλαι πρὸς Ἱπποκράτους δεδηλωμένον. ἐγὼ γὰρ οὐ τί δύναται πρόγνωσις ἐρῶν ἔρχομαι νῦν, ὅτι μὴ πάρεργον, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσιν ὃ δύναται περὶ τῆς διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως ἃ γινώσκω φράσω. διττῆς δὲ οὔσης τῆς κατ᾽ αὐτοὺς διδασκαλίας, ὥσπερ καὶ τῆς τῶν βοηθημάτων, ἑτέρας μὲν τῆς κατὰ τὰς οἰκείας αὐτῶν δυνάμεις, ἑτέρας δὲ τῆς κατὰ τὸ πάθημα, βέλτιον ἡγοῦμαι κατ᾽ ἀμφοτέρας

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER I.

Cap. I. Non eſſe futurorum tantum praeſcientiam, ſed praeſentium etiam atque praeteritorum, ſatis id olim demonſtravit Hippocrates. Neque enim dicere, quae vis ſit praeſcientiae hoc loco niſi obiter ſtatui, ſed quibus eſt perſpectum quid valeat de praeſagitione per pulſus quae mihi perſpecta ſunt exponam. Quia vero bipartita eſt eorum disciplina, ut item remediorum, altera ex peculiaribus facultatibus eorum, altera ex ipſo affectu, in utraque

Ed. Chart. VIII. [236. 237.] Ed. Baf. III. (117.)

γυμνάζεσθαι, ὥστε καὶ πάθους οὑτινοσοῦν προχειρισθέντος ἑτοιμότατα δύνασθαι τοὺς σφυγμοὺς αὐτῶν διελθεῖν, ἑκάστου τ᾽ αὖ πάλιν ἰδίᾳ ῥηθέντος σφυγμοῦ τῶν παθῶν ἁπάντων ἀναμιμνήσκω διὰ ταχέων, ὅσοις συμπίπτειν εἴωθεν. εἰ γάρ τις ἐν ἀμφοτέροις ἱκανῶς γυμνασάμενος ἀσκήσειεν ἑαυτὸν ἕκαστον τῶν σφυγμῶν ἀκριβῶς διαγινώσκειν, οὗτος ἂν, οἶμαι, τελέως ἂν εἴη τὰ κατ᾽ αὐτοὺς ἐκμεμαθηκώς. ὥστε καὶ εἴ τις εἰς δέον ὁμιλεῖ τοῖσδε τοῖς γράμμασιν, ἀναλέξασθαι χρὴ πρότερον αὐτὸν ἣν ἐγράψαμεν ὑπὲρ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως πραγματείαν, ἐκείνης δὲ ἔτι πρότερον τὴν ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, ἔνθα πόσοι τέ εἰσιν οἱ σύμπαντες, ποῖός τέ τις ἕκαστος, ᾧ τέ τινι προσαγορευόμενος ὀνόματι, διήλθομεν. ἔστι δὲ καὶ τρίτη τις ἑτέρα πραγματεία περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων, ὧν ἁπασῶν εἰς τὰ παρόντα δεῖ. [237] τῆς μὲν γὰρ πρώτης χωρὶς οὐδὲ νοῆσαι τῶν λεγομένων οὐδὲν οἷόν τε μὴ προγινώσκοντα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἐφ᾽ ὅτου πράγματος λέγεται· τῆς δὲ δευτέρας ἀγνοουμένης οἴχεται σὺν αὐτῇ τὸ χρήσιμον ἅπαν ἐκ τῆς νῦν προκεχειρισμένης θεωρίας. εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν γράφοιμι τὸν ταχὺν, ἢ τὸν μέγαν,

operae pretium mihi visum est exercitari, ut quocunque proposito affectu, ejus in promptu habeamus pulsus. Rursusque perpetuo qui pulsus, quos prodidi singulorum, breviter admoneo quibus soleant accidere. Si quis enim in utrisque probe versatus sit, ac in unoquoque pulsu accurate dignoscendo sese exercuerit, hic demum eorum sit absolutam scientiam assequutus. Itaque etiam qui recte volet in hisce libris versari, huic revolvendum prius est quod conscripsimus opus de dignoscendis pulsibus, ac ante illud de pulsuum differentiis, ubi quot sint universi et qualis quisque, atque quod sortitus nomen, aperuimus. Tertium jam opus de pulsuum causis est; quae omnia ad praesentem sermonem requiruntur. Nam si primum absit, nihil omnino quid dicatur assequere, quum quae nomina quibus rebus assignentur non teneas prius. Secundum vero si te lateat, omnis cum eo hujus commentationis fructus perit. Etenim ego si celerem pulsum, vel magnum, vel vehementem, vel quem

ἢ σφοδρὸν, ἤ τινα τῶν ἄλλων σφυγμὸν, ἐνδείκνυσθαι τόδε τι προγεγονὸς, ἢ παρὸν, ἢ γενησόμενον, ὁ δὲ ἀναγινώσκων ἀγνοοῖ διαγινώσκειν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτοὺς, οὔτε κρῖναι δυνήσεται τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν οὔτε προγνῶναί ποτ᾽ ἐξ αὐτῶν οὐδέν. ἡ δὲ τρίτη πραγματεία τὰς ἀλλοιούσας τοὺς σφυγμοὺς αἰτίας ἐκδιδάσκουσα καὶ πρὸς ἀπόδειξιν τοῖς νῦν λεχθησομένοις ἐστὶν ἀναγκαία καὶ πρὸς μνήμην καὶ πρὸς ἀνάμνησιν. εἰσόμεθα δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ σαφέστερον, ἑνὸς οὑτινοσοῦν σφυγμοῦ προχειρισθέντος, οἷον εἰ τύχοι τοῦ μεγάλου. διαιρησόμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ πρῶτον μὲν τὴν ὁμωνυμίαν, ἐπειδὴ διχῶς ὁ μέγας λέγεται σφυγμὸς, εἶθ᾽ ἑξῆς καθ᾽ ἑκάτερον τῶν σημαινομένων ἐπισκεψόμεθα τί δηλοῦν πέφυκεν ἐνεστὸς, ἢ προγεγονὸς, ἢ μέλλον. τὰ μὲν δὴ σημαινόμενα δύο τοιαῦτά ἐστι. μέγας λέγεται σφυγμὸς ὁ μὲν ὡς πρὸς τὸν σύμμετρόν τε καὶ κατὰ φύσιν, ὁ δὲ ὡς πρὸς ὁντιναοῦν τὸν ἐπιτυχόντα. τὰ δὲ ἐξ ἑκατέρου προγινωσκόμενα τὰ μέν τινα κοινὰ τῶν σφυγμῶν ἀμφοτέρων ἐστὶ, τὰ δὲ ἴδια. καθ᾽ ἑκάτερον ἑξῆς οὖν ἅπαντα διέλθωμεν, ἀπὸ κοινῶν ἀρξά-

alium defignare tradam certam rem praeteritam, aut praesentem, aut impendentem, nifi eos norit lector in experiundo dignoscere, nec de veritate eorum quae dicuntur poterit judicium facere, nec ex illis unquam praefagire quicquam. Tertia lucubratio, quae caufas docet unde varientur pulfus, tum ad demonftrationem eft his quae dicenda funt neceffaria tum ad memoriam et reminiscentiam. Id quod etiam intelligemus apertius, propofito aliquo pulfu, verbi gratia magno. Hic homonymiam primum diftinguemus, quandoquidem bifariam dicitur pulfus magnus, deinde in utraque attendemus fignificatione, quid annuntiare praefens, vel praeteritum, vel futurum poffit; quae quidem duae fignificationes hae funt. Magnus vocatur pulfus, nunc cum moderato comparatus et naturali, nunc cum quolibet. Jam quae praefciuntur ex utroque partim in communi pertinent ad ambos pulfus, partim utrique funt propria. Ac vero jam omnia perfequamur, exorfi a commu-

μενοι. ῥάστη δ' αὐτῶν ἡ εὕρεσις, εἴ τις εἴη μεμνημένος ὧν ἐν τῇ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείᾳ διήλθομεν, ἐπιδεικνύντες ὡς οὐχ ἓν τὸ γένος ἐστὶ τῶν ἀλλοιούντων αὐτοὺς αἰτίων, ἀλλὰ τὸ μὲν, ὡς ἂν οὕτως τις εἴποι, συνεκτικὸν τῆς γενέσεως, ὅπερ δὴ καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἕτερον δ' ἐναντίον τῶνδε τῶν παρὰ φύσιν αἰτίων, ἐφ' ᾧ τρίτον ἄλλο τῶν οὐ φύσει. ταῦτα μὲν (118) ὡς πρὸς τὴν ἀληθινὴν αὐτῶν ὕπαρξίν τε καὶ φύσιν, ἄλλο δὲ τέταρτον, ὡς πρὸς τὴν φαινομένην, ὃ μάλιστα νῦν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀκριβῶς ἐξηγήσασθαι τῆς προγνωστικῆς πραγματείας ἰδιαίτατον ὑπάρχον. ἐκ γὰρ τοῦ φαίνεσθαι τοῖον ἢ τοῖον ἕκαστον τῶν σφυγμῶν ἡ ἀρχὴ τῆς προγνώσεως ἡμῖν ἐστιν. οὐκ ἀεὶ δὲ φαίνεται τοιοῦτος οἷος καὶ ὄντως ἐστί. καὶ λέλεκται μὲν ἤδη καὶ περὶ τούτου κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βιβλίου, κἀν τῷ τρίτῳ δ' ἐπ' ὀλίγον, ἔνθα καὶ περὶ τῶν ἰσχνῶν διαλεγόμεθα· λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν ὀλίγον ὕστερον, ἐπειδὰν πρότερον ὑπὲρ τῶν ἀλλοιούντων αὐτοὺς αἰτίων διέλθωμεν. ἐδείχθη καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς

nibus. Sane horum in primis eſt proclivis inventio, ſi retinueris quae in lucubratione De pulſuum cauſis docuimus; ubi haec demonſtravimus, cauſarum non eſſe unum genus eos alterantium, ſed unum eſſe continuum, ut ajunt, generationi; quod ſcilicet naturale eſt; alterum contrarium eſſe, ac eſt cauſarum praeter naturam. Poſtea tertium exiſtit aliud, cauſarum non naturalium. Atque haec referuntur ad veram illorum eſſentiam et naturam; aliud quartum ad apparentem in ſpecie; quod quia proprium in primis eſt commentationi praeſagiendi, diligentiſſime eſt explicandum. Nam ex eo quod talis vel talis quisque appareat pulſus, initium nobis datur praeſagiendi. Atqui non apparet perpetuo is qui vere eſt. De hoc etſi verba jam fecimus in libro ſecundo De pulſuum cauſis in fine libri et etiam in tertio breviter attigimus, ubi ageremus de gracilibus, tamen nunc quoque paulo inferius declarabimus, ſi prius de cauſis quae immutant pulſus diſſeruerimus. Non poſſe

αἰτίων ὡς οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀλλοιωθῆναι σφυγμὸν οὐδένα χωρὶς τοῦ τὴν ἐργαζομένην αὐτὸν δύναμιν, ἢ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας, ἢ τὴν χρείαν δι᾽ ἣν γίνεται, μεταβολήν τινα καὶ ἀλλοίωσιν ἔχειν. οὕτως οὖν κἀπὶ τῆς νῦν προκειμένης τροπῆς τῆς εἰς τὸ μέγεθος τῶν σφυγμῶν ἐπισκεψόμεθα τί ποτ᾽ ἐστὶν τῶν εἰρημένων ἢ τίνα τὰ τὴν μεταβολὴν εἰληφότα, πότερον ἡ δύναμις εὐρωστοτέρα γινομένη, μεμαθήκαμεν γὰρ ὡς ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῇ τὸν σφυγμὸν ἐργάζεται μείζονα, ἢ ταύτης ὁμοίας διαμενούσης ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ἐμαλάχθη· καὶ γὰρ καὶ τοῦτ᾽ ἐμάθομεν, ὡς ὁ μαλακώτερος χιτὼν εἰς μέγεθος ἐξαίρει τὸν σφυγμόν· ἢ διὰ τὴν τῆς χρείας αὔξησιν ἡ τοιαύτη γέγονεν ἀλλοίωσις. εἰ μὲν οὖν ἡ δύναμις ἐῤῥώσθη, σφοδρότερος ἂν ἦν πάντως· ὑπόκειται δέ γε μείζων μόνον γεγενημένος. εἰ δὲ ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας μόνον ἐμαλάχθη, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐμάθομεν, ὡς καὶ ὁ μαλακώτερος χιτὼν τῆς ἀρτηρίας εἰς μέγεθος ἐξαίρει τὸν σφυγμὸν, μαλακώτερος ἂν ἐξ ἀνάγκης ἐγένετο. εἴπερ οὖν μηδέτερον φαίνεται, δῆλον ὡς οὔθ᾽ ἡ δύναμις οὔθ᾽ ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας ὑπήλλακται. λοιπὸν οὖν

pulſum mutari ullum in primo libro De cauſis pulſuum demonſtravimus, niſi etiam effectrix ejus facultas, vel tunica arteriae, vel uſus quamobrem fit, in aliqua ſint mutatione et alteratione. Ita etiam in propoſita in magnitudinem pulſuum mutatione quodnam de illis aut quaenam immutata ſunt, advertemus; facultasne robuſtior ſit, (didicimus enim eam quantum in ipſa ſit pulſum majorem reddere) an haec eadem manſerit, mollis autem evaſerit tunica arteriae, ſi quidem hoc quoque accepimus, in magnitudinem molliorem tunicam attollere pulſum, an quod increverit uſus, ea mutatio inciderit. Ergo facultas ſi robuſta ſit, plane ſit vehementior; poſuimus autem majorem duntaxat factum eſſe. Quod ſi tunica tantum arteriae emollita ſit, etenim hoc quoqud didicimus, ſicut et mollior arteriae tunica pulſum in magnitudinem attollit, neceſſario mollior erit. Jam ſi neutrum appareat, clarum eſt nec facultatem nec arteriae tunicam immutatam eſſe. Reſtat igitur mutatum aliquatenus

ἀναγκαῖον ἐξηλλάχθαι κατά τι καὶ μετα[238]βεβλῆσθαι τὴν χρείαν τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως. ἐδείχθη δὲ αὐτῶν ἡ χρεία διττὴ, πρώτη μὲν καὶ μεγίστη φυλακὴ τῆς ἐμφύτου θερμότητος, δευτέρα δὲ γένεσις πνεύματος ψυχικοῦ. καλῶ δὲ οὕτω νῦν ᾧ χρῆται πρὸς τὰ κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείας ἡ ψυχή. τούτων ἄρα τι πάντως ὑπήλλακται παρὰ τὰ πρόσθεν, ὁπότ᾽ εἰς μέγεθος ὁ σφυγμὸς μεταβέβληται. ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι βραχείας μὲν γινομένης τῆς διὰ τὴν χρείαν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ἀλλοιώσεως τὸ μέγεθος τῶν σφυγμῶν μόνον ἐπιφανὲς ἔσται, τὸ δὲ τάχος οὐδέπω, πλέονος δὲ τὸ μέγεθος ἐπὶ μᾶλλον αὐξηθήσεται καὶ τὸ τάχος ἐναργῶς φανεῖται, παραυξανομένης δ᾽ ἔτι καὶ τὸ μέγεθος μὲν καὶ τὸ τάχος ἐπιταθήσεται, προσέτι δὲ καὶ πυκνότης, ὡς ἐκ τῆς περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείας εὔδηλόν ἐστιν. εἰ τοίνυν κατὰ τὸ μέγεθος μὲν ὁ σφυγμὸς ἠλλοιῶσθαι φαίνεται, τοῦτο γὰρ ὑπόκειται νῦν, ἀναγκαῖον ἐπὶ βραχὺ τὴν χρείαν ὑπηλλάχθαι. εἰ δὲ μὴ γέγονε μείζων ὁ σφυγμὸς, ἀλλὰ φαίνεται μείζων, ἰσχνότερον ἑαυτοῦ τὸ σῶμα τἀνθρώπου δι᾽ ἡντιναοῦν αἰτίαν ἀπετελέσθη. ταῦτ᾽ οὖν προεπιστάμενός τις ἐπὶ τὰς διαγνώσεις ἡκέτω,

eſſe et variaſſe uſum pulſuum generandorum. Quorum eſſe docuimus uſum duplicem; primum atque maximum conſervationem nativi caloris, alterum animalis ſpiritus generationem: ſic nunc voco quo utitur anima ad functiones voluntarias. Ac horum omnino praeter ſuperiora aliquid eſt mutatum, ubi in magnitudinem converſus pulſus ſit. At vero ſi parvus fiat a natura receſſus ob uſum, ſola perſpicua erit magnitudo, nondum autem celeritas; ſi major, increſcet magis magnitudo et clare celeritas apparebit, ſi adhuc amplificabitur, magnitudo celeritasque augebuntur, atque accedet crebritas, ut planum eſt ex opere De cauſis pulſuum. Quare pulſus ſi diverſus eſſe magnitudine videatur (nam hoc nunc propoſitum eſt) neceſſarium eſt uſum paululum eſſe immutatum. Sin autem non ſit factus major pulſus, ſed videatur major, gracilius ſolito aliqua de cauſa evaſit hominis corpus. His jam cognitis ad examinandum

πρῶτον ἐπὶ τὰς τῶν ἁπλῶς ὑγιαινόντων σωμάτων, εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπὶ τὰς μετά τινος ἐπικτήτου κινήσεως, εἶτα ἤδη καὶ ἐπὶ τὰς νοσούντων ἁπλῶς, καὶ τελευταῖον ἐπὶ τὰς μετά τινος ἔξωθεν ἀλλοιώσεως. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἁπλῶς ὑγιαίνουσι σώμασιν ὁ μέγας σφυγμὸς ἐνδείξεται τήν τε κρᾶσιν τἀνθρώπου καὶ τὴν σχέσιν τοῦ σώματος· ἐν δὲ τοῖς μετ᾽ ἐπικτήτου διαθέσεως ἐκείνην τὴν κίνησιν ἐπικρατεῖν, ἧς οἰκεῖος ὁ μέγας ἐστὶ σφυγμός. εἴρηται δὲ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἁπασῶν κινήσεων ἐν τῇ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείᾳ. οὕτω δὲ κἀν τοῖς νοσοῦσι τοῖς μὲν ἁπλῶς ὁ μέγας σφυγμὸς ἐνδείξεται θερμὴν τῆς νόσου τὴν διάθεσιν, τοῖς δὲ μετὰ προσφάτου τινὸς ἔξωθεν ἀλλοιώσεως ἐκείνην τὴν κίνησιν ἐπικρατεῖν, ἧς ἂν οἰκεῖος ὁ μέγας εὑρίσκηται σφυγμός· οἷον αὐτίκα τῶν ὑγιαινόντων ὅσοι τὸν σφυγμὸν ἔχουσι μέγαν, ὡς πρὸς τὸν σύμμετρον δηλονότι παραβαλλόμενοι, ἀναμνησθῆναι χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο, τίς ἐστιν ὁ σύμμετρος ἐν τούτῳ τῷ γένει καὶ κατὰ τίνα φύσιν σώματος. ἐπιδέδεικται δ᾽ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως ἐν ταῖς ἀρίσταις

accedas primum in corporibus ſimpliciter ſanis; mox in iis ubi adjunctus eſt aliquis ascititius motus; poſtea in corporibus quae aegrotant ſimpliciter; poſtremo in iis ubi alteratio quaepiam adeſt externa. In corporibus enim quae ſunt ſanitate inculpata docebit magnus pulſus et temperamentum hominis et corporis habitudinem; in corporibus ubi adjunctus eſt adventitius ſtatus illum praepollere motum cui peculiaris magnus pulſus eſt. De omnibus hisce motibus in opere de cauſis pulſuum diximus. Nec aliter in aegrotantibus, ſi quidem aegrotant ſimpliciter, indicabit magnus pulſus morbi calidum affectum eſſe; ſin recens aliqua adſit alteratio extrinſecus, illum vincere motum cui ſit familiaris magnus pulſus; ut exempli gratia in ſanis, qui pulſum magnum obtinent, ad moderatum ſcilicet relatum, ad memoriam eſt revocandum primum hoc quidem, qui ſit in hoc genere moderatus pulſus et qua in corporis natura. Oſtendimus in ſecundo libro De pulſibus dignoſcendis in

Ed. Chart. VIII. [238.] Ed. Baf. III. (118.)

κατασκευαῖς τοῦ σώματος ὁ σύμμετρος ὑπάρχων σφυγμὸς, οὐδ᾽ ἐπὶ τούτων διαπαντὸς, ἀλλὰ ὅταν ἁπάσης ἐπικτήτου ποιότητος καὶ κινήσεως ἀπηλλαγμένον ᾖ τὸ σῶμα τῶν ἐκ τοῦ γυμνασίου τινὸς, ἢ τροφῆς, ἢ πόματος, ἢ λουτρῶν, ἢ φαρμάκων, ἢ πάθους ψυχικοῦ γινομένων. ἀναμνησθέντα δή σε τοῦ συμμέτρου σφυγμοῦ καὶ τὸν νῦν εὑρόντα μέγαν ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἐννοεῖν προσήκει, ὑπὸ τίνος αἰτίας εἰς μέγεθος ἐπέδωκεν· ἤτοι γὰρ διὰ τὴν ἰσχνότητα τοῦ σώματος, ἢ διὰ τὴν θερμότητα τῆς κράσεως, ἢ διὰ τὴν ἐπίκτητον κίνησιν. ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἐπίκτητοι κινήσεις αὐτίκα καθίστανται, παραμένουσι δ᾽ ἔτι διὰ τὴν ἰσχνότητα καὶ τὴν κρᾶσιν. αὐτῷ τε οὖν τούτῳ διορίζεσθαι χρὴ καὶ οἷς ὀλίγον ὕστερον ἐρῶ, μικρόν τι προειπὼν ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἑξῆς ἅπασαν διδασκαλίαν. ἔστι δ᾽ ὃ προειπεῖν βούλομαι τοιόνδε. ἀκριβεστάτη διάγνωσις ἁπασῶν τῶν κατὰ τὸ σῶμα γινομένων ἀλλοιώσεων ἐκείνων ἡμῖν ἐστι τῶν σωμάτων, ὧν ἐπιστάμεθα τὴν φύσιν. εἰς ὅσον γὰρ ἐξίσταται τῆς φύσεως, ἐπί γε τοῖς παρὰ φύσιν αἰτίοις καὶ προσέτι τοῖς οὐ φύσει λεγομένοις, οὐκ ἔνεστιν

corporibus optime comparatis pulfum effe moderatum; non in his tamen perpetuo, verum cum omni qualitate adventitia corpus liberum fit omnique motu, quae fiunt ex aliqua exercitatione, aut cibo, potu, balneis, medicamentis, animi affectu. Quare revocandus eft ad memoriam moderatus pulfus et quem nunc invenimus, magnus, ut in comparatione illius confiderandus eft, ex qua caufa in magnitudinem increvit. Aut enim ex gracilitate corporis, aut ex calore temperamenti, aut ex ascititio motu. Caeterum motus ascititii mox definunt, permanent vero amplius ob gracilitatem et temperamentum. Hac igitur ipfa re diftinguendus eft aliique quos dicam inferius; tantum praemonebo nonnihil quod neceffarium ad omnem fequentem doctrinam eft. Quod praemonere inftitui hoc eft. Omnium alterationum quae corpori accidunt certiffimam affequimur in illis corporibus cognitionem quorum noscimus naturam. Quantum enim a natura difceflerint ob caufas praeter naturam et illas etiam quae non naturales appellantur, nulla poteris exacte inve-

ἄλλως ἐξευρεῖν ἀκριβῶς. οὐ μὴν ἀεί γε ταύτην γινώσκομεν, οὐκ οὖν οὐδ᾽ ἀκριβῆ διάγνωσιν ἐπὶ πάντων ἕξομεν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τοσοῦτον ἀπολειπομένην τῆς ἀκριβείας εἰς ὅσον καὶ τῆς τοῦ κατὰ φύσιν γνώσεως. [239] ὑποκείσθω δὴ πρῶτον ἐν τῷ προκειμένῳ λόγῳ τὴν διάγνωσιν γίνεσθαι τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως, καὶ τοῦτ᾽ αὐτῷ μόνον ἐξαίρετον ὑπαρχέτω, μείζων ὁ σφυγμὸς ἔστω τοῦ συμμέτρου χωρὶς ἁπάσης ἀλλοιώσεως ἐπικτήτου. τὸν γὰρ τοιοῦτον ἄνθρωπον ἀναγκαῖόν ἐστι τοῦ τὴν ἀρίστην ἔχοντος κατασκευὴν ἤτοι θερμότερον ἢ ἰσχνότερον ὑπάρχειν, εἴ τι μεμνήμεθα τῶν προγεγραμμένων ἡμῖν δυοῖν πραγματειῶν, τῆς τε περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν καὶ τῆς περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς αἰτίων. ὑπομεμνήσθω δὲ καὶ τοῦθ᾽ ἡμῖν ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις, ὡς ἐν οἷς παραδιαζευκτικῷ χρώμεθα συνδέσμῳ, ἢ, πάντα ἅμα τὰ κατὰ μέρος ἐγχωρεῖ συνελθεῖν, εἴτε δύο, καθάπερ νῦν, ἥτε θερμότης καὶ ἡ ἰσχνότης, εἴτε καὶ πλείω φαίνοιτο τὰ τὴν ἀλλοίωσιν ἐργαζόμενα. ὁ μὲν δὴ μέγας σφυγμὸς ὁ ἁπλῶς λεγόμενος, ὥσπερ ἐδείκνυτο, πρὸς τὸν ἁπλῶς σύμμετρον παραβαλλόμενος ἤτοι

nire alia ratione. Sed enim non cognoscimus hanc ſemper; quare nec in exactam ubique cognitionem veniemus; verum a cognitione abſoluta tantum aberimus quantum a naturalis ſtatus cognitione. At ſtatuimus primum explorationem in hac disputatione fieri hominis naturae, hocque habeat eximium unum, ut major ſit pulſus moderato citra ullam alterationem ascititiam. Hunc hominem neceſſe eſt homine optime natura comparato eſſe vel calidiorem vel graciliorem, ſi quam habemus priorum duarum lucubrationum memoriam De dignoscendis pulſibus et De pulſuum cauſis. Atque hujus quoque duxi admonendum eſſe in ejuscemodi omnibus orationibus, licet conjunctione disjunctiva utamur *vel*, omnes tamen poſſe partes in unum convenire; ſive duae, ut nunc, calor et gracilitas, ſive plures videantur quae mutationem efficiunt. Ac pulſus quidem qui abſolute dicitur magnus, quem ad eum qui abſolute eſt moderatus oſtendimus conferri, aut temperamentum, aut praes-

τὴν κρᾶσιν ἢ τὴν παροῦσαν σχέσιν δηλώσει τοῦ σώματος· ὁ δέ γ᾽ ὡς πρὸς τὸν ἑκάστου κατὰ φύσιν μέγας ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι, δηλώσει καὶ αὐτὸς ἤτοι θερμότητα τινὰ προσγινομένην τῷ κατὰ φύσιν ἢ ἰσχνότητα. τὰς δὲ ἀπό τινος ἔξωθεν αἰτίου τροπὰς τῶν σφυγμῶν κατὰ τάδε διορίζειν. ἡ μὲν ἐκ βαλανείων τε καὶ δρόμων καὶ τρίψεων καὶ τῶν ἄλλων κινήσεων γινομένη βραχυχρόνιός τέ ἐστι καὶ οὕτω ταχέως εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανέρχεται κατάστασιν ὥστ᾽ ἔνεστί σοι τῶν σφυγμῶν ἁψαμένῳ, κἄπει(119)τα βραχὺ διαλιπόντι καὶ πάλιν ἐφαψαμένῳ σαφέστατα διαγνῶναι τὴν μεταβολήν. ἡ δευτέρα γὰρ ἁφὴ τῆς προτέρας διαλλάττουσα φαίνεται, κἂν βραχύτατόν τις χρόνον διαλείπῃ. τὸ δὲ ἀπ᾽ οἴνου καὶ τροφῆς μέγεθος τῶν σφυγμῶν ἄχρι μὲν πλείστου παραμένει, διορίζεται δὲ τῇ συνούσῃ σφοδρότητι, σφοδρὸς γὰρ οὐχ ἧττον ἢ μέγας τούτοις ὁ σφυγμὸς γίνεται, νυνὶ δὲ ὑπόκειται μείζων μόνον γεγενημένος. οὔκουν ἀπὸ τούτων ἠλλοίωται. καὶ μέν γε καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ θυμοῦ μετὰ σφοδρότητος γίνεται, καὶ οὐδ᾽ ἂν ἄλλως λάθοι τόν γε συνετὸν εἴς τε τοὺς ὀφθαλμοὺς

entem declarabit corporis ftatum. Qui vero magnus dicitur comparatus cum naturali uniuscujusque pulfu, etiam hic annunciabit aut calorem aliquem acceffiffe illius corporis ftatui naturali, aut gracilitatem. At vero mutationes pulfuum ex caufa externa in hunc modum funt discernendae. Quae ex balneis, curfibus, frictionibus caeterisque motibus fit, non eft diuturna, fed mox ad priftinum ftatum revertitur. Itaque tangendo pulfu iterumque tangendo paulo poft poteris in manifeftam mutationis cognitionem venire, altera enim tactio, ut breviffimum interponatur fpatium, a priore videtur diverfa effe. At magnitudo pulfuum ex vino et cibo profecta diuturna eft. Haec ex vehementia exploratur, quae illi eft conjuncta; neque enim his vehemens minus atque magnus eft pulfus. Nunc autem is pofitus eft qui duntaxat fit major; itaque non eft ab his immutatus. Jam etiam magnitudo quam ira concitat adjunctam habet vehementiam; quae alioqui prudentem non

Ed. Chart. VIII. [239.] Ed. Bas. III. (119.)

καὶ τὸ σύμπαν πρόσωπον ἀποβλέποντα. κατέχειν μέντοι καὶ κρύπτειν βουλομένῳ τὸν θυμὸν ἀνώμαλος ὁ σφυγμὸς γίνεται καὶ μᾶλλον ἀνώμαλός ἐστιν τοῖς ἀγωνιῶσί τε καὶ αἰδουμένοις. ἡ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἡμιπέπτων ἐν τῷ σώματι χυμῶν πεττομένων τε καὶ τρεφόντων τὴν φύσιν εἰς μέγεθος ἐπίδοσις ὁμοίως τοῖς εἰληφόσι τροφὴν συναυξάνει καὶ τὴν σφοδρότητα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἴ τις ἐν ἡλίῳ τε καὶ παρὰ πυρὶ θαλφθείη, πρὸς τῷ μὴ παραμένειν ἄχρι πολλοῦ τὴν ἀλλοίωσιν ἔτι καὶ ὁ χρὼς αὐχμηρὸς αὐτοῖς καὶ οὐχ ὑγρὸς ὡς ἀπὸ βαλανείων ἔσται. οὗτοι μὲν οὖν ἐξ ὑπεναντίου πως διάκεινται τοῖς λελουμένοις ὅσον ἐπὶ μαλακότητι καὶ ὑγρότητι τοῦ δέρματος. μέσοι δ᾽ ἀμφοῖν ἐν τῇ καθ᾽ ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα μεταβολῇ τοῦ δέρματός εἰσιν οἱ τριψάμενοί τε καὶ γεγυμνασμένοι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ θερμότης αὕτη πλείων μέν ἐστι περὶ τὰ στέρνα τοῖς γεγυμνασμένοις τε καὶ θυμουμένοις, ἐλάττων δὲ τοῖς λελουμένοις καὶ μᾶλλον ἄχρι τῶν ἄκρων ὁμαλῶς ἐκτεταμένη μεθ᾽ ὑγρότητός τε ἅμα καὶ μαλακότητος. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ὁ ἄνθρωπος ἠλείψατο μεταξύ τινι θερμαίνοντι φαρμάκῳ, δακνώδης τέ τις αἴσθησις ἀπὸ τῆς θερμότη-

lateat, si oculos respiciat universumque vultum; quod si quis reprimere iram et tegere velit, fit inaequalis pulsus magisque inaequalis his qui anguntur et verentur. Porro magnitudinis incrementum, quod fit, quum semicocti in corpore humores concoquuntur aluntque naturam, perinde ut his qui cibum sumpserunt una secum auget vehementiam. Haud aliter, si quis in sole aut ad ignem calefactus sit, non solum non durat diu alteratio, verum etiam cutis iis est squalida nec humida ut erit a balneis. Atque hi quidem quod ad mollitiem et humiditatem cutis attinet contra se habent ac loti. Medium inter utrosque locum sunt sortiti in cutis mutatione humiditatis ac siccitatis fricti atque exercitati. Jam vero etiam calor hic copiosior secundum pectus est exercitatis et iratis, lotis parcior, adeoque ad extremas usque partes aequabiliter cum humiditate et mollitie extensus. Sic etiam si inunctus homo interea fuit medicamento calido, inter tangendum mordacem calorem

τος ἁπτομένῳ σοι γενήσεται καὶ τάχ᾽ ἂν οὐδ᾽ ἄλλως λάθοι ἐμπεπλασμένον αὐτοῦ τῷ δέρματι λίπος ἐκ τοῦ φαρμάκου. αἱ μὲν δὴ τεχνικαὶ διαγνώσεις αὗται τῶν εἰς μέγεθος τρεπόντων αἰτίων τοὺς σφυγμοὺς ἐπί τε ὑγιαινόντων καὶ νοσούντων εἰσίν· αἱ δὲ ἔξωθεν αἱ μὲν ἐξ ἀνακρίσεως, ὡς ὅταν γε μὴν ἐν ἐχθροῖς τισιν, ἢ ἐνεδρεύουσι, ἢ κακοήθως ἀποπειρωμένοις ἀνθρώποις ποιεῖτε τὰς ἐπισκέψεις· αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ κεχωρίσθαι τοῦ κάμνοντος αὐτὸν τὸν ἰατρὸν, ὥσπερ δὴ καὶ ἀρίστας φαμὲν τῶν διαγνώσεων· ὡς ὅσαι γε μήτε διαπαντὸς παρόντος τοῖς νοσοῦσι τοῦ θεραπεύοντος γίνονται [240] μήτ᾽ ἀληθῆ βουλομένους ἀπαγγέλλειν, αὗται χαλεπώτεραί τέ εἰσι καὶ συνετοῦ πάνυ δέονται τοῦ ἰατροῦ. ἐμοὶ γοῦν συνέβη τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀφωρισμένων αἷς πρόσθεν εἴρηκα διαγνώσεσιν ὑπολείπεσθαι ζητῆσαι, εἴτε φάρμακον θερμαῖνον ὁ κάμνων προσηνέγκατο μεταξὺ μὴ παρόντων ἡμῶν, εἴτε καὶ τῷ τῆς ἐπισημασίας λόγῳ μέγεθος ὁ σφυγμὸς προσέλαβεν. ἐν μὲν δὴ τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀναγκαῖόν ἐστι πανταχόθεν ἐπιτεχνᾶσθαί τε καὶ στοχάζεσθαι τἀληθοῦς. πρῶτος μὲν οὖν σκοπὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ὁ παροξυντικός ἐστι χρόνος· ἐφεξῆς

ſenties; quanquam fortaſſis nec illita cuti ex medicamento pinguedo te fallat. Hi ſunt artificiales modi cauſarum dignoscendarum quae in magnitudinem pulſum ſanis et aegrotis convertunt. Externi ſunt partim per inveſtigationem, quum ſcilicet apud inimicos, aut inſidiatores, aut malignos tentatores quaeſtionem habeatis, partim ex eo quod non discesſerit ab aegroto medicus; quos quidem optimos confirmamus eſſe dignoscendi modos; nam qui fiunt quum non ſemper aegrotis medicus praeſto fuerit, neque verum illi declarare voluerint, hi ſunt difficillimi et medicum requirunt egregie prudentem. Etenim mihi uſu venit, quum reliqua diſtinxiſſem veſtigiis illis quae commemoravi ante, ut reſtaret quaerendum, an aegrotus medicamentum calefaciens abſentibus nobis ſumpſiſſet, an ratione acceſſionis magnitudinem pulſus nactus eſſet. His vero temporibus undique exploranda eſt et obſervanda veritas. Primus in illo genere ſcopus eſt tempus acceſſionis, deinde aegroti con-

δὲ τοῦ κάμνοντος τὸ ἔθος τε καὶ τὸ ἦθος. εἰ μὲν γὰρ ἄλλῳ τινὶ χρόνῳ καὶ μὴ τῷ παροξυντικῷ μέγεθος ὁ σφυγμὸς προσεκτήσατο, πιθανὸν ἀπὸ τοῦ θερμαίνοντος φαρμάκου μᾶλλον, οὐ λόγῳ παροξυσμοῦ γεγενῆσθαι τὴν ἀλλοίωσιν· εἰ δ' ἐν τῷ παροξυντικῷ, πιθανώτερον ἐπισημασίας λόγῳ. διορισθήσεται δὲ ἀκριβῶς, εἰ βραχὺ διαλιπόντες αὖθις ἁψαίμεθα. τὴν μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ φάρμακου θερμότητα, δι' ἣν ὁ σφυγμὸς ἐπέδωκεν, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐκλύεσθαι συμβαίνει τοῦ χρόνου προϊόντος, ἐπιτείνεσθαι δὲ τὴν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάγνωσις ἐκ τῶν ἰδίων τῆς τέχνης ἐστίν· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ ἔθους τε καὶ ἤθους τῶν καμνόντων ἐξ ἐπιμέτρου προσέρχονται. τινὲς μὲν γὰρ ἀήθεις τ' εἰσὶ καὶ φοβεροὶ πρὸς τὰς τῶν φαρμάκων πόσεις, ἔνιοι δὲ συνήθεις τε καὶ χωρὶς φαρμάκων ζῆν οὐχ ὑπομένοντες. καὶ τοίνυν ἡ πρόγνωσις τοῦ προσενηνέχθαι τι φάρμακον θερμαῖνον ἐπὶ μὲν τῶν ὑπόπτων πρὸς αὐτὰ παντάπασιν ἀμυδρὰ καὶ βραχεῖα, μεγάλη δὲ ἐπὶ τῶν εἰθισμένων. ἤδη δὲ καὶ τὸ ἦθος αὐτὸ τοῦ κάμνοντος εἰς τὴν τοιαύτην πρόγνωσιν οὐκ ὀλίγα συντελεῖ. τινὲς μὲν γὰρ ἐνεδρευτικοί τ' εἰσὶ καὶ καταβλητικοὶ τῶν πέλας, ἐξελέγχειν

fuetudo et mores. Nam fi alio tempore et non acceffionis major fit pulfus, a medicamento calefaciente probabilius eft quam ratione acceffionis incidiffe alterationem; fin acceffionis tempore, verifimilius eft propter acceffionem. Exploraveris autem exacte, fi paulo poft iterum tetigeris; nam fi calor a medicamento proceffit, a quo auctus fit pulfus, diuturnitate magis femper ac magis remittetur; qui vero ab acceffione, increscet. Verum hic modus dignoscendi pertinet ad artem. Huc notitia quam confuetudo praebet et mores aegrotorum pro cumulo accedit. Quidam enim funt infueti et abhorrent a medicamentorum potione, alii funt adeo affueti ut vivere fine medicamentis non fuftineant; itaque praefagitio fumptum effe medicamentum calefaciens in his qui ab illis abhorreant difficilis eft, in iis vero qui funt affueti facilis. At vero mores etiam aegrotantis ad talem praefagitionem non mediocriter interfunt. Quidam enim natura infidiantur et familiaribus imponunt

ἅπαντας ὡς μηδὲν βέβαιον ἐπισταμένους ἔργον πεποιημένοι· τινὲς δὲ ἁπλοῖ τε καὶ χρηστοὶ καὶ πάντα φανερῶς διαπραττόμενοι, καὶ μηδὲν ὑποστελλόμενοι, μηδὲ κρύπτοντες. ἐπὶ μὲν δὴ τούτων οὐδὲν ὑπονοεῖν χρὴ πεπρᾶχθαι λαθραίως, ἐπὶ δὲ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποπτεύειν προσήκει πάντα καὶ περισκέπτεσθαι καὶ διορίζεσθαι, τά τε κατὰ τὸν ἴδιον λόγον τῆς τέχνης ὑποπίπτοντα ταῖς διαγνώσεσι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἔξωθεν προσερχόμενα· καθάπερ ἐγώ ποτ᾽ ἠναγκάσθην ἐπί τινος ἀνδρὸς πλουσίου ποιῆσαι, φιλοφαρμάκου τε καὶ προσφερομένου συνεχέστατα φάρμακα. ἦν δὲ καὶ τὸ ἦθος οἷος ἥδεσθαι μάλιστα τοῖς τῶν πέλας ἐλέγχοις ὡς μηδὲν ἀκριβὲς ἐπισταμένων. εὑρὼν οὖν αὐτοῦ τοὺς σφυγμοὺς εἰς μέγεθος ἐπιδεδωκότας, εἶτα τῶν ἄλλων ἁπάντων αἰτίων τῶν εἰρημένων ἀφορίσας, ὑπολοίπου δὲ ἔτι μένοντος διορισμοῦ, πότερον ὑπὸ φαρμάκου θερμαίνοντος, ἢ λόγῳ παροξυσμοῦ πυρεκτικοῦ δὲ τοιοῦτον γέγονεν, καὶ γάρ πως καὶ ὁ καιρὸς αὐτὸς ἦν ὁ τῆς εἰσβολῆς τοῦ πυρετοῦ, δεῖξαί μοι τὴν γλῶτταν ἐκέλευσα καὶ κεχρωσμένην ὑπὸ φαρμάκου θεασάμενος αὖθις ἡψάμην αὐτοῦ τῶν σφυγμῶν οὐδεμίαν ὑποψίαν ἐνδούς.

atque laborant ut coarguant nihil quemquam firmi ſcire; quidam ſimplices ſunt modeſtique atque omnia faciunt aperte, nec quicquam diſſimulant vel tegunt. In his nihil factum clam ſuſpicandum eſt; apud inſidiantes omnia habenda ſunt ſuſpecta ac circumſpicienda ſunt et diſtinguenda tum quae propria artis ratione pertineant ad dignoſcendum tum quae extrinſecus adveniant. Quod mihi fuit quondam neceſſarium facere in homine divite, qui gaudebat medicamentis, eaque aſſidue ſumebat; qui eo erat ingenio ut libenter argueret familiares nullius certae ſcientiae. Hujus quum offendiſſem in magnitudinem pulſum increviſſe, ab aliisque omnibus quas commemoravimus cauſis diſtinxiſſem, ac una mihi maneret diſtinctio, utrum a calefaciente medicamento, an acceſſionis ratione febrilis id accidiſſet (circa tempus enim erat febrilis acceſſionis) ego juſſi ut linguam mihi oſtenderet; quam quum a medicamento conſpexiſſem infectam, iterum attigi ejus pulſum, nihil ſuſpicans

ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὅτι πιεῖν φαρμάκου βουλόμενον αὐτὸν ἐν τῇ προτέρᾳ διεκωλύσαμεν ἀνεμνήσθην. εἶπον οὖν εὐθέως πρὸς τὸν ἄνθρωπον ὅτι πεπωκὼς εἴη φάρμακον. ὁ δὲ συνεὶς ὡς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γλῶτταν χρώματος ἐτεκμηράμην, αὖθίς ποτε ποιήσας σφαιρία μικρὰ τοῦ φαρμάκου κατέπιεν, ὡς μὴ χρωσθῆναι τὴν γλῶτταν. ἀλλ᾽ ἐγὼ καὶ τοῦτ᾽ ἐξεῦρον αὐτοῦ τὸ σόφισμα. θεασάμενος γὰρ τὴν γλῶτταν, εἶτ᾽ αὖθις ἁψάμενος τοῦ σφυγμοῦ καὶ τἄλλα διορισάμενος ἃ μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηται, μᾶλλόν πως ἐπὶ τὸ φάρμακον ἐφερόμην τὴν γνώμην, καὶ πάλιν διαλιπὼν καὶ πάλιν ἁψάμενος, ἠπιστάμην δὲ τὸ φιλόνεικον τἀνδρὸς, ἐτόπασά τε τὸ γεγονὸς ἀποτολμήσας τε πρὸς αὐτὸν ἔφην, [241] ἀλλὰ μέντοι σύ μοι δοκεῖς εἰληφέναι φάρμακον. τοῦ δ᾽ ἀρνουμένου κατὰ τὸ καρτερώτατον καὶ μάρτυρας τοὺς παραμένοντας οἰκέτας ἐπικαλουμένου, κατέχων αὐτοῦ τὴν χεῖρα καὶ τῶν σφυγμῶν ἐφαπτόμενος, ἆρ᾽ οὖν, ἔφην, δύναιό μοι καὶ ὀμόσαι τινὰ ὅρκον ὃν ἂν ἐγώ σε κελεύσω; ὁ δ᾽ οὐθ᾽ ἑτοίμως ἀπεκρίνατο πρὸς τοῦτο καὶ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ἀνώμαλον ἴσχεν ὡς ἐπ᾽ ἀγωνίᾳ. καὶ μὴν,

etiam. Interea occurrit mihi medicamentum me, quum voluiſſet potare pridie, prohibuiſſe, atque homini dixi ſtatim eum medicamentum bibiſſe. Quod ille quum animadvertiſſet, a linguae me colore conjecturam feciſſe, alias iterum pilulas parvas medicamenti fecit, quas devoravit ut lingua ne tingeretur; at hoc quoque deprehendi ejus commentum. Nam quum linguam inſpexiſſem ac tetigiſſem iterum pulſum atque reliqua quae expoſui paulo ante discuſſiſſem, equidem ſuſpicionem ad medicamentum potiſſimum converti retraxique manum, ac iterum paulo poſt injeci pulſui, (noveram enim hominis proterviam) itaque deprehendi factum, nec dubitavi illi dicere, At tu medicamentum mihi ſumpſiſſe videris; ille conſtantiſſime inficias ibat, ſimulque ſervos qui permanſerant appellabat teſtes. Ego manum ejus tenens et pulſum tangens, Ergo, inquam, ſuſtinebis conceptis verbis jurare mihi ut tibi dictabo? Ad hoc non prompte ille respondebat ac arteriarum habebat ut in angore inaequalem motum. Profecto, inquam, tu

ἔφην, ἀκριβῶς ἔλαβες τοῦ φαρμάκου καὶ μὴ ὄμνυε. πρὸς μὲν δὴ τοὺς οὕτως ἀβελτέρους καὶ αὐτὸν εὐμήχανον εἶναι χρή. τὰ πολλὰ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀντιπράττουσιν οἱ ἰδιῶται τοῖς ἰατροῖς εἰς τὸν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν διορισμὸν, ἀλλὰ καὶ συμπράττουσιν, αὐτόματοι διηγού(120)μενοι πάντα. καὶ ἡμῖν περὶ μὲν τῆς εἰς μέγεθος ἐπιδόσεως τῶν σφυγμῶν αὐτάρκως εἴρηται τά γε πρῶτα· μετιέναι δὲ ἤδη καιρὸς ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου. ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθ᾽ ἕνα τρόπον ὁ μέγας λέγεται σφυγμὸς, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὡς πρὸς τὸν σύμμετρον, ὁ δ᾽ ὡς πρὸς ὁντιναοῦν τὸν ἐπιτυχόντα, διττὸς δ᾽ ἐστὶν οὗτος ὁ ἐπιτυχὼν, ὁ μὲν ἐλάττων ἢ κατὰ τὸν σύμμετρον, ὁ δὲ μείζων, ἐφεξῆς ἂν εἴη διελθεῖν περὶ τῆς εἰς μέγεθος ἐπιδόσεως ἑκατέρων τῶν σφυγμῶν, λέγω δὲ τοῦ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὸν σύμμετρον καὶ τοῦ μείζονος. κοινὸν μὲν οὖν ἁπάσης τῆς εἰς τὸ μέγεθος ἐπιδόσεως ηὐξῆσθαι τὴν θερμότητα μόνην καθ᾽ ὃν δηλονότι χρόνον οὔθ᾽ ἡ δύναμις οὔτε τὰ ὄργανα πέπονθε, ἀκίνητος δ᾽ ἐστὶν ὁ κάμνων. ἴδιον δὲ τῆς μὲν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ἐκτροπῆς τὸ μόνον τὸ μέγεθος αὐξηθῆναι, τῶν δ᾽ ἄλλων δυοῖν

medicamentum plane fumpfifti, cave jures. Igitur adverfus iftos quidem ineptos ingenio opus eft medico, at idiotae fere non tantum medicis non renituntur in explicandis et explorandis caufis externis, fed et adjuvant ultroque exponunt omnia. Sed de pulfuum nos incremento magnitudinis fatis principia expofuimus; reftat ut orationis feriem perfequamur. Quia non ad unum modum magnus pulfus dicitur, fed nunc ut ad moderatum, nunc ad quemlibet confertur, ac quum duplex fit hic quilibet, aut minor moderato, aut major, deinceps de magnitudinis incremento dicendum eft utriusque pulfus, minoris, inquam, eo qui moderatus eft et majoris. Commune igitur eft omnis incrementi ad magnitudinem folum auctum calorem effe, quo fcilicet tempore nec facultas affecta fit nec inftrumenta ac immotus fit aegrotus. Proprium autem eft receffui ejus a natura unius magnitudinis incrementum; reliquorum duorum etiam hoc et celeritatis, nonnunquam crebritatis quoque. Age vero,

τὸ καὶ τὸ τάχος, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ τὴν πυκνότητα. φέρε γὰρ, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἀπελίπομεν ἄνθρωπον εἰς μέγεθος ἐπιδεδωκότα τοὺς σφυγμοὺς εὑρεῖν ἡμᾶς, ἐπὶ πλέον ἔτι τὴν αὔξησιν αὐτῶν ἐσχηκότα, τούτῳ καὶ τὴν θερμασίαν μὲν ἀναγκαῖον ἐπιτετάσθαι. κοινὸν γὰρ τοῦτο ἦν τῶν εἰς μέγεθος ἐπιδόσεων ἁπασῶν, ἴδιον δὲ ἐπὶ τῷ κοινῷ τὸ καὶ τὸ τάχος ἐξηλλάχθαι, καὶ ἔτι πλέον γε, εἰ ἡ εἰς τὸ μέγεθος ἐπίδοσις γίγνοιτο τῶν σφυγμῶν, οὐ τὸ τάχος μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τὴν πυκνότητα. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπὶ βραχὺ μὲν αὐξανομένης τῆς θερμότητος εἰς μέγεθος μὲν ἐναργῶς ἐπιδιδοὺς ὁ σφυγμὸς, εἰς τάχος δ᾽ οὐκ ἐναργῶς, ἐπιπλέον δ᾽ αὐξηθείσης καὶ τῷ μεγέθει μὲν ἔτι προσλαμβάνων, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ τάχος ἐναργῶς ἐπιδιδοὺς, καί τι πυκνότητος προσκτώμενος, ὥσπερ γε καὶ εἰ ἐπὶ πλεῖστον αὐξάνοιτο καὶ ἡ χρεία τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως ὑπὲρ τὴν μεγίστην εἴη διαστολὴν, εἰς μέγεθος μὲν οὐκ ἐπιδιδοὺς, ὅτ᾽ εἰς ἔσχατον ηὔξητο, τῷ τάχει δ᾽ ὅσον ἐγχωρεῖ προστιθεὶς ἅμα τῇ πυκνότητι, κἀπειδὰν μηδὲ τὸ τάχος ἔτ᾽ ἐπιτείνεσθαι δύνηται, τὴν πυκνότητα κατεπείγων. ὑποκείσθω δὴ πάλιν ἕτερος ἄῤῥωστος

illius hominis pulfus, exempli gratia, quem modo reliquimus, cui facti effent majores, offendamus amplius auctos effe, huic calorem etiam neceffe eft effe auctum; fiquidem incrementis omnibus magnitudinis hoc commune erat; ac proprium praeter commune immutatam celeritatem effe; et fi adhuc magis crescat magnitudo pulfuum, non celeritatem modo, fed jam crebritatem etiam. Oftendimus enim in primo libro de caufis pulfuum, ficubi paulo auctus calor fit, manifeftum magnitudinis incrementum effe, celeritatis non manifeftum. Si amplius crescat ille, non folum magnitudinem accumulabit, fed crescet etiam evidenter celeritas; praeterea nonnihil acquiret crebritatis. Sic fi augeatur plurimum et pulfuum ufus generandorum fuperet maximam diftentionem, magnitudinem non auget, ubi auctus ad fummum fit; fed celeritatem cum crebritate, quantum poteft, accumulat, ac ubi augeri celeritas amplius nequeat, concitat crebritatem. Jam alius fit aegrotus, cujus nec facultas

οὐδὲν μὲν οὔτε τὴν δύναμιν οὔτε τὰ ὄργανα βεβλαμμένος, ἐλάττονα δὲ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχων τὸν σφυγμὸν, εἶτα καὶ τῷ τοιούτῳ μείζων γιγνέσθω χωρὶς τῆς ἔξωθεν κινήσεως, ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῷδε πλέων ἡ θερμότης ἐγένετο τῆς ἔμπροσθεν, καὶ κατά γε τοῦτο κοινὴν ἀπόφασιν ἕξει τῇ δὶς ἤδη προειρημένῃ. τὸ δ᾽ ἴδιον αὐτῆς ἔσται τὸ μὴ ἐκ μικροτέρου μόνον τοῦ σφυγμοῦ γεγονέναι τὴν εἰς τὸ μέγεθος ἐπίδοσιν, ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τοῦ καὶ βραδύτερον καὶ ἀραιότερον γενέσθαι, μικρότερον ἀπεργασθῆναί ποτε τοῦ κατὰ φύσιν αὐτὸν, ἀλλὰ μηδὲ μείζονα μόνον οἷόν τε γενέσθαι χωρὶς τοῦ θάττονά τε καὶ πυκνότερον. ὅτι γὰρ ἡ τοιαύτη διάθεσις, ἐν ᾗ μικρότερος ὁ σφυγμὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἐγένετο, σὺν ἀραιότητί τε καὶ βραδύτητι συνίσταται, τῷ μεμνημένῳ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων εὔδηλόν ἐστι.

Κεφ. β΄. [242] *Μεταβάντες οὖν περὶ τῆς εἰς μικρότητα τροπῆς τῶν σφυγμῶν ἐπισκεψώμεθα· τρεῖς μὲν δὴ καὶ ταύτης εἰσὶν ἅπασαι διαφοραί. ἤτοι γὰρ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν τε καὶ συμμέτρου προσαγορευομένου, ἢ ἐκ τοῦ μείζονος ἢ κατὰ τοῦτον, ἢ ἐκ τοῦ μικροτέρου τὰς εἰς μικρότητα συμβαίνει γίνεσθαι διαφοράς.*

nec inftrumentum laefa fint, fed minorem naturali pulfum habeat; deinde huic quoque remoto externo motu, major fiat; huic etiam liquido dixeris ampliorem nunc calorem quam dudum effe. Ac in eo quidem commune habebit cum his jam commemorato refponfum; proprium autem habebit non ex parvo tantum pulfum in magnitudinem increviffe (fieri enim non poffit, nifi fimul tardior rariorque fiat, ut minor unquam naturali reddatur) fed nec majorem tantum fieri potuiffe, nifi etiam fieret celerior et crebrior. Nam affectum in quo pulfus naturali minor fit raritatem etiam et tarditatem complecti perfpectum illi eft qui eorum meminit quae docuimus in libro primo De pulfuum caufis.

Cap. II. His ergo relictis de pulfuum commutatione in parvitatem confideremus, cujus item funt tres numero omnes differentiae. Aut enim ex naturali et moderato quem vocant, aut ex majore quam hic fit, aut ex minore mutationes in parvitatem contingit fieri, vocatur autem qui

Ed. Chart. VIII. [242.] Ed. Baf. III. (120.)

καλεῖται δὲ ὁ μὲν μείζων τοῦ συμμέτρου μέγας ἁπλῶς, ὁ δ' ἐλάττων μικρός. ἀρξώμεθα οὖν πάλιν κἀνταῦθα ἀπὸ τῶν κοινῶν αὐτοῖς, εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἴδια μεταβῶμεν. εὐθὺς γὰρ ἐν τῷ τὸ κοινὸν ἐπισκοπεῖσθαι καὶ ἡ τῆς τῶν ἰδίων εὑρέσεως ὁδὸς ἐγκαλύπτεται. ὑποκείσθω δή τις σφυγμὸς ἐπί τινος ἀνθρώπου μικρότερος μὲν τοῦ πρόσθεν, ἑτέραν δὲ μηδεμίαν ἐσχηκὼς μεταβολὴν κατ' ἄλλο γένος μηδέν· καὶ ζητείσθω, τίς γ' ἔμπροσθεν ἦν διάθεσις αὐτῷ, καὶ τίς νῦν ἐστιν. ἡ δὲ τῆς ζητήσεως ὁδὸς ἥδε. μικρότερος ἑαυτοῦ γίνεται σφυγμὸς ἤτοι τῆς δυνάμεως ἀσθενεστέρας ἀποτελεσθείσης, ἢ τῶν ὀργάνων σκληροτέρων, ἢ τῆς χρείας ἐκλυθείσης. ἀλλ' οὔθ' ἡ δύναμις ἀσθενεστέρα γέγονε νῦν, ἢ πάντως ἀμυδρότης συνῆν τῇ μικρότητι, οὔτε τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας σκληρότερον, οὕτω γὰρ οὐ μόνον μικρότερος, ἀλλὰ καὶ σκληρότερος ἦν ὁ σφυγμός. ὑπολείπεται οὖν ἡ χρεία μόνον ἠλλοιῶσθαι, καὶ εἴπερ ἀκίνητος ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ τέως ἐγένετο, κατὰ τὸ ποσὸν τῆς μεταβολῆς γεγενῆσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἐκ τοῦ μείζονος ἢ κατὰ φύσιν σφυγμοῦ τὴν τοιαύτην γεγονέναι τροπὴν εὔδηλόν

moderato major eſt abſolute magnus, qui minor parvus. Exordiamur igitur hic de integro ab iis quae in his communia ſunt, deinde jam ad propria ſigillatim nos conferamus; ſtatim enim communis commentatio complectitur propriorum inveniendorum viam. Sit pulſus cuipiam homini minor quam dudum, mutatione praeditus praeterea nulla ullius generis, tum quaeratur quomodo nuper affectus eſſet, atque quomodo nunc. Via inquirendi haec eſt. Minor ſolito pulſus fit, aut quum imbecillior facta ſit facultas, aut inſtrumenta duriora, aut uſus remiſſus. Sed enim nec imbecillior facta nunc facultas eſt, alioquin omnino conjuncta ſit cum parvitate remiſſio; nec corpus durius arteriae, neque enim tum minor tantum, ſed et durior pulſus eſſet; ſupereſt ergo ſolum alteratum eſſe uſum; ac ſi id temporis quietus homo fuerit, quantitati refrigerationis quantitatem reſpondere mutationis. Jam vero ex majore quam naturalis ſit pulſus eam mutationem neceſſario accidiſſe norunt

ἐστιν τοῖς μεμνημένοις ἐν τῷ πρώτῳ τῶν δεδειγμένων περὶ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων. ἥ τε γὰρ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς μικρότητα τροπὴ διὰ ψύξιν εὐθὺς καὶ ἀραιότερον αὐτὸν ἐργάζεται καὶ βραδύτερον, ἥ τε ἐκ τοῦ μεγάλου ὑπὲρ τὸ σύμμετρον ηὐξημένου καθαίρεσις τοῦ συμμέτρου εὐθὺς καὶ τοῦ τάχους τι καὶ τῆς πυκνότητος προσλαμβάνει, διὰ τὸ τὸν ἐπιπλέον ηὐξημένον ὑπὲρ τὸν κατὰ φύσιν ἐν τοῖς τρισὶ γένεσι μεταβάλλειν. ὁ τοίνυν τοῦ μεγέθους μόνον ἀφῃρηκὼς, τἄλλα δὲ φυλάττων ἄτρεπτα σφυγμὸς, ὁ βραχεῖ μείζων ἐστὶ τοῦ κατὰ φύσιν. οὗτος γὰρ μόνος ἐπὶ βραχείᾳ θερμότητος αὐξήσει συνίσταται. τῶν δ᾽ ἄλλων τῶν εἰς μέγεθος ἀλλοιουμένων οὐδεὶς ἄνευ τοῦ καὶ τάχος προσλαβεῖν ἢ πυκνότητα τοιοῦτος ἀποτελεῖται. ὥστε οὐδὲ καθαιρήσει τις ἄλλος πλὴν τοῦδε μόνον τὸ μέγεθος. ὁ γὰρ εἰς τοῦτο μόνον αὐξηθεὶς ἐπὶ θερμότητι μειώσει τοῦτο μόνον ἐπὶ ψύξει, ὁ δέ γε εἰς τοσοῦτον ἀλλοιωθεὶς ὑπὸ θερμότητος ὡς μὴ τὸ μέγεθος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τάχος ὑπαλλάξαι καὶ τὴν πυκνότητα, τὴν εἰς τοὔμπαλιν ὁδὸν ἕξει διὰ τῶν αὐτῶν κατὰ γένος ἀλλοιώσεων, ὥστε οὐ μόνον μικρότερος, ἀλλὰ καὶ βραδύτερος καὶ ἀραιότερος

qui retinent demonſtrata in primo libro de cauſis pulſuum. Nam de naturali ſtatu ob frigiditatem mutatio ad parvitatem, ſimul etiam rariorem eum atque tardiorem reddit, et moderati imminutio ex magno ſupra modum aucto ſtatim adjungit ſibi celeritatis aliquid et crebritatis, quod qui multum ultra modum ſit auctus tribus in generibus variet. Quamobrem qui magnitudinem tantum imminuit pulſus et reliqua ſervat immota, hic eſt qui paulo major ſit juſto; hic enim ſolus ex parvo caloris incremento conſtat. Reliquorum qui in magnitudinem mutantur, niſi ſimul celeritatem aſſumat, vel crebritatem, talis evadit nullus; quare nec quisquam praeter hunc alius magnitudinem minuet. Qui enim hujus accepit ſolius incrementum ex calore, unam eam ex refrigeratione minuet; qui vero hactenus eſt alteratus a calore ut non magnitudinem modo, verum etiam celeritatem et crebritatem immutet, contrarium iter per easdem genere alterationes tenebit; ita non modo minor, ſed et tardior

ἔσται τοῦ πρόσθεν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ συμμέτρου πρὸς τὸν ἐλάττονα τροπὴ καὶ ἡ ἐκ τούτου πάλιν ἐπὶ τὸν ἔτι μικρότερον ἀλλοίωσις εὐθέως καὶ ἀραιότερον ἑαυτοῦ καὶ βραδύτερον ἐργάζεται τὸν σφυγμόν. συμμετρίαν γάρ τινα διαστολῆς σφυγμὸς κέκτηται κατὰ φύσιν ἐχόντων, ἣν ἀπόλλυσι μὲν ἐξ ἀνάγκης, ἄν τε θερμότερον ἄν τε ψυχρότερον ἑαυτοῦ γένηται τὸ σῶμα. οὐ μὴν ὅ γε τῆς ἀπωλείας τρόπος ὁ αὐτός. ἐν μὲν γὰρ τῷ θερμαίνεσθαι τὸ μέγεθος ἐναργῶς πρῶτον, εἶτα τὸ τάχος, εἶθ᾽ ἡ πυκνότης αὐτῷ προσγίνεται. ψυχομένων δ᾽ ἔμπαλιν ἀραιότης μὲν ἐναργὴς πρώτη, δευτέρα δὲ βραδύτης, μικρότης ἐσχάτη. λέλεκται δ᾽ ὑπὲρ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων. [243] οὔκουν ἔτι χρὴ μηκύνειν περί γε τούτων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου μεταβάντας ἑξῆς τοῖς εἰρημένοις διορίζεσθαι τὰς τὴν ψύξιν ἐργασαμένας αἰτίας, τοσαύτας κατὰ γένος οὔσας ὅσαι περ αἱ θερμαίνουσαι. καὶ γὰρ ἀὴρ ψυχρὸς ἔξωθεν προσπεσὼν, ὥσπερ οὖν καὶ ὕδωρ ψυχρὸν, ἢ λουτρὸν, ἢ φάρμακον ἐπαλειφθὲν τῷ σώματι ψύχει, ἢ καὶ μακρά τις ἡσυχία καὶ οἷον

erit ac prius rariorque. Pari modo mutatio in minorem ex moderato et mutatio quoque ex hoc in eum qui minor etiam ſit continuo rariorem ſolito et tardiorem efficit pulſum, ſiquidem mediocritatem habet quandam diſtentionis pulſus hominum naturalem ſtatum tenentium, quam, ſi calidius aut frigidius ſolito evaſerit corpus, neceſſario amittit. Non idem tamen amiſſionis modus eſt; nam quum calefit, magnitudo plane prima, mox celeritas, inde crebritas accedit; contra quum refrigeratur, raritas manifeſte prima, altera tarditas, poſtrema parvitas. De his abunde in primo libro De cauſis pulſuum diximus; quo minus hic jam immorandum eſt. Itaque ſeriem orationis perſequamur, ac ſecundum commemorata explicemus cauſas quae refrigerant, quae totidem genere ſunt quot illae quae calefaciunt. Aër etenim frigidus qui foris occurrit, quemadmodum et aqua frigida vel balneum vel medicamentum quo corpus inungitur refrigerat; quin etiam longa quies et veluti late-

φωλεία. ψυχρότερον ἐργάζεται τὸ σῶμα· καὶ τῶν εἴσω μεταλαμβανομένων, ὅτ᾽ ἂν ἀναπνεόμενος ἀὴρ ψυχρὸς ὢν, καὶ τροφὴ φλεγματώδης καὶ φάρμακόν τι φύσει ψυχρὸν, ὕδατός τε ψυχροῦ χρῆσις ἄμετρος· ἔκ τε τῶν παθῶν τῆς ψυ(121)χῆς ὁ πολυχρόνιος φόβος, ἔκ τε τῶν ἐν τῷ σώματι περιεχομένων χυμῶν ὅσοι ψυχροὶ τὴν κρᾶσιν ἡσυχάζοντες πρότερον ἐκινήθησαν νῦν, ἢ ὅλως ἰσχνότεροί πως ἐγένοντο τῶν θερμῶν. διορίζεσθαι δ᾽ αὐτὰ κατὰ μέρος ἀνάλογον τοῖς εἰρημένοις εἴη ἐπὶ τῶν θερμαινόντων αἰτίων. δὶς γὰρ ὑπὲρ τῶν ὁμοίων λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον. ἡ μὲν δὴ κατὰ μέγεθός τε καὶ μικρότητα τροπὴ τῶν σφυγμῶν ὑπὸ τοιούτων τε καὶ τοσούτων αἰτίων ἀποτελεῖται, πρὸς γοῦν τὴν φύσιν αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἐπεὶ πρός γε τὴν ἡμετέραν διάγνωσιν ἔτ᾽ ἐνδεῖ, πολλάκις γὰρ ἡ μὲν ἀρτηρία διαστέλλεται μέγιστον, ὅσον ὑπ᾽ αὐτῇ, ἀποκρύπτεται δ᾽ ἢ κωλύεται τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς διὰ τὸ πλῆθος, ἢ τὸ τάχος, ἢ τὴν σκληρότητα τῶν περικειμένων, ἢ προκειμένων σωμάτων. αὕτη μὲν γὰρ ἡ οὐσία τῶν μεγάλων τε καὶ μικρῶν σφυγμῶν κατὰ τὸν κύκλον τῆς ἀρτηρίας συνίσταται,

brae frigidius corpus efficiunt; praeterea quae intro recipiuntur, ut aër refpiratione attractus, qui frigidus fit, cibus pituitofus, medicamentum natura frigidum, aquae frigidae immodicus ufus; ex animi affectibus, metus diuturnus; ex contentis in corpore humoribus, qui frigidi temperamento, quum antea quiescerent, nunc commoti funt, aut omnino tenuiores quodammodo calidis facti funt. Haec feparatim ita poffunt diftingui ut de calefacientibus caufis diximus; neque enim ut de fimilibus bis dicamus neceffe eft. Atque pulfuum in magnitudine et parvitate mutatio a talibus et tot caufis gignitur, quod certe ad naturam pertinet ipfius rei, quando quod ad noftram attinet cognitionem, adhuc defideret aliquid. Saepe enim arteria, quod in fe eft, maxime diftenditur, fed occultatur magnitudo diftentionis, vel interpellatur a numero vel craffitie vel duritie circumjacentium corporum, vel objectorum. Haec enim effentia magnorum vel parvorum pulfuum in arteriae circulo confiftit, ubi lon-

τοῦ μήκους ἴσου φυλαττομένου διὰ παντὸς, οὐ μὴν φαίνεταί γ᾽ ἴσον, ἀλλ᾽ ἀποκρύπτεταί τι μέρος αὐτοῦ. καὶ λέλεκται μὲν οὖν ἤδη περὶ τούτου κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων. εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρηστὸν ἀναμνήσεως ἕνεκεν.

Κεφ. γ΄. Τῆς ἀρτηρίας τὸ μὲν ὕψος ἀναλόγως ἀεὶ τῷ πλάτει διαστέλλεται. κατακρύπτεται δὲ ἢ κωλύεται πολλάκις ὑπὸ τῶν περικειμένων τε καὶ προσκειμένων σωμάτων ἤτοι σύμπασα ἡ κίνησις ἢ μοῖρά γέ τις αὐτῆς, καὶ τοῦτο τὸ κωλυόμενον ἤτοι κατὰ τὸ βάθος μᾶλλον, ἢ κατὰ τὸ πλάτος, ἢ κατὰ τὸ συναμφότερον ὡσαύτως φαίνεται. ὅταν μὲν οὖν ἀδιάγνωστος ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν ἁφὴν ἡ κίνησις ᾖ, καθ᾽ ὅλον μὲν τὸ ζῶον συμβάντος τούτου, ὡς μηδαμόθι μηδεμίαν ἀρτηρίαν φαίνεσθαι κινουμένην, ἀσφυξία τὸ πάθημα προσαγορεύεται, κατὰ μὲν τὴν ἀλήθειαν οὐδέποτε ἐν ζῶντι σώματι γινομένη, κινεῖται γὰρ ἡ καρδία διαπαντὸς ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις ἁπάσαις, ὡς μέντοι πρὸς τὴν ἡμετέραν ἁφὴν ἔξωθεν ἐπιβαλλομένην πολλάκις εὑρισκομένη. πρόκεινται γὰρ

gitudo perpetuo par eſt; at non tamen apparet par, ſed delitescit quaedam ejus pars. De quo quidem etſi jam ſecundo in libro De cauſi: pulſuum expoſuimus, nihilominus quod ad propoſitum intereſt reminiſcentiae gratia exponemus.

Cap. III. Arteriae altitudo ſemper aequalem latitudini diſtentionem habet; ſed fit ut occultetur, aut arceatur ſaepe a corporibus circumjectis et appoſitis vel univerſus motus vel certe ejus quaedam pars, ac pars illa quae arcetur aut in profunditate magis, aut in latitudine, aut ſimul in utraque ſimiliter apparet. Quum ergo non percipiatur noſtro quidem tactui motus, atque hoc per totum animal accidat, ut nulla usquam arteria videatur moveri, vocatur is affectus privatio pulſus; quae quidem, ſi ad veritatem exigas, in corpus nunquam vivum cadit, neque eſt enim unquam quin cor una cum arteriis omnibus agitetur, at ſi referas ad noſtrum tactum foris injectum; in multis repe-

δὴ τοῦ τῶν ἀρτηριῶν σώματος πάντως μὲν ὑμένες τέ τινες καὶ δέρμα, πολλαχόθι δὲ καὶ πιμελὴ καὶ σὰρξ, ὑφ᾽ ὧν οὐ μόνον ἀποκρύπτεσθαι τὸν σφυγμὸν, ἀλλὰ καὶ κωλύεσθαι συμβαίνει. τελέως μὲν οὖν ἀποκρυπτομένης τῆς κινήσεως, εἰ μὲν ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι τῶν ἀρτηριῶν ἁπασῶν τοῦτο συμβαίνῃ, τὸ πάθος ἀσφυξίαν ὀνομάζουσιν, εἰ δὲ κατὰ μὲν τινὰ μέρη φαίνοιτο κινούμενα, τὰ δὲ μὴ, κατὰ τὸ μῆκος ἐν τούτῳ διαφορὰν ἴσχουσιν οἱ σφυγμοί. καὶ δὴ καὶ καλοῦνται μακροὶ μὲν οἷς ἂν τὸ τῆς αἰσθητῆς κινήσεως μῆκος ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν, βραχεῖς δὲ οἷς ἂν ἔλαττον τοῦ κατὰ φύσιν, οἷς δ᾽ ἴσον τῷ κατὰ φύσιν σύμμετροι. τοσοῦτον γὰρ ἀεὶ φαίνεται τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν [244] ὅσον ἐπιτρέπει τὰ προβεβλημένα σώματα. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μὲν παχέσι βραχεῖς οἱ σφυγμοὶ, τοῖς δ᾽ ἰσχνοῖς μακροὶ, καθάπερ καὶ τοῖς εὐσάρκοις τε καὶ συμμέτροις σύμμετροι φαίνονται. καὶ αὐτῆς μέντοι τῆς φαινομένης κινήσεως οὐκ ἀεὶ ὁμοίως κωλύεται τῷ βάθει τὸ πλάτος, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν μὲν αἱ κατὰ τὰ πλάγια χῶραι τῶν ἀρτηριῶν ἤτοι πιμελῆς, ἢ σαρκὸς, ἢ ἀτμῶν, ἢ ὑγρῶν

riatur fane frequenter, objecta enim arteriarum corpori funt omnino certae membranae et cutis, multis etiam locis adeps atque caro, a quibus ufu venit pulfui, ut non occultetur modo; fed et impediatur. Ac fic quidem, fi motus occultetur omnis, atque in omnibus id partibus accidat omnium arteriarum, pulfus privationem appellant affectum, at fi quibusdam in partibus videantur moveri, in quibusdam non videantur, hic differentiam in longitudine habent pulfus. Et nimirum vocantur longi quibus fenfibilis motus longitudo naturalem excedit, breves quibus infra naturalem ftatum eft, quibus par eft naturali ftatui, moderati. Tantum enim animadvertitur femper de motu arteriarum quantum oppofita corpora permittunt; quamobrem fit ut corpulentis pulfus breves, gracilibus vero longi, quemadmodum et quadratis moderatisque effe videntur moderati. Jam etiam apparentis motus his non femper aeque ut profunditas impeditur latitudo, verum ubi arteriam regiones in latera vel adipis vel carnis vel vaporum vel humorum

ὦσι πλήρεις, τὸ δ᾽ ἐπικείμενον ἄνωθεν δέρμα καὶ μηδὲν αὐτὰς βαρύνῃ, τοῦ πλάτους ἡ κίνησις ἀμαυροῦται μόνον, καὶ μᾶλλον, εἰ σφοδρὸς ὁ σφυγμὸς εἴη καὶ μέγας ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. ἐπειδὰν δὲ καθαραὶ μὲν αἱ παρακείμεναι χῶραι, ῥυσσὸν δ᾽ ᾖ τὸ ἐπικείμενον αὐταῖς δέρμα, τοῦ βάθους ἡ κίνησις ἐν τῷ τοιούτῳ σώματι πλέον ἀφανίζεται, καὶ μᾶλλον, εἰ μήτε σφοδρὸς εἴη ὁ σφυγμὸς καὶ μέγας ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. ὅταν οὖν εὕρῃς μακρότερον τοῦ κατὰ φύσιν σφυγμὸν, εἰ μὲν καὶ τὸ πλάτος αὐτοῦ καὶ τὸ βάθος εἴη συνηυξημένον, ἐπισκέπτου πότερον ὁ ἄνθρωπος ἰσχνότερος ἑαυτοῦ γέγονεν, ἢ θερμότερος, ἀφωρισμένης τῆς ἐπικτήτου κινήσεως. εἰ μὲν γὰρ ἰσχνότερος εἴη γεγενημένος, εἰ μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ᾽ ὅσον καὶ ὁ σφυγμὸς μείζων, ἓν τοῦτο μόνον ἠλλοίωσεν αὐτὸν, εἰ δ᾽ ἐπ᾽ ἔλαττον, οὐ μόνον τοῦτ᾽ ἐστὶν αἴτιον, ἀλλὰ καὶ θερμότης, εἰ δ᾽ ἐν αὐτῷ μένοι τὰ τῆς τοῦ σώματος σχέσεως, ἡ θερμότης ηὔξηται μόνον, εἰ δὲ καὶ παχύτερος εἴη γεγονὼς, διπλάσιον ηὐξῆσθαι λογίζου τὴν θερμότητα. τὸ δ᾽ ὑπὸ τίνος αἰτίας ηὔξηται διορίζεσθαι τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις. εἰ μέντοι μακρότερος ὁ σφυγμὸς εἴη γεγονὼς καὶ

plenae ſint, ac incumbens ſuperne cutis nihil eas oneret, latitudinis tantum obscuratur motus; ac magis, ſi vehemens pulſus et magnus quantum in ipſo eſt ſit; quum vero regiones vicinae ſunt mundae, rugoſa autem quae eas tegit cutis, magis profunditatis motus latet in eo corpore, ac magis, ſi non vehemens pulſus et magnus quantum in eo eſt ſit. Si ergo pulſum invenias naturali longiorem, ſiquidem una latitudo ejus et profunditas increverit, vide, gracilior homo ſolito an calidior evaſerit, remoto adventitio motu, nam ſi factus gracilior ſit, idque tanto quanto eſt pulſus major, unum hoc tantum eum immutavit; ſin autem non tanto, non hoc modo eſt cauſa, verum etiam calor. Quod ſi in eadem conſtiterit corpus habitudine, ſolus mutatus eſt calor; ſin craſſior evaſerit, duplo auctum aeſtima calorem; at quanam de cauſa ſit auctus, explorandum ex illis eſt quae expoſuimus. Sin longior factus pulſus ſit et

πλατύτερος, μὴ μέντοι κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν εἰς ὕψος ηὐξημένος, ἀλλὰ διαμένων σύμμετρος, ἐπὶ τοῖς προειρημένοις διορισμοῖς ἔτι καὶ τοῦτ᾽ ἐξαίρετον ὑπάρχειν ἀναγκαῖον αὐτῷ, ῥυσσότερον γεγονέναι τὸ κατὰ τῆς ἀρτηρίας ἄνωθεν ἐπικείμενον δέρμα. καὶ εἰ καταστρέφοις τὸ κῶλον, ὥσθ᾽ ὅπερ ἄνωθεν ἦν αὐτοῦ πρότερον εἶναι νῦν κάτωθεν, οὐδὲν οὕτως ἐκκεκολοῦσθαι φανεῖται τὸ βάθος. οὗτοι μὲν οὖν οἱ δύο σφυγμοὶ πρῶτοι πάντων εἰσὶ γεγραμμένοι κατὰ τὸ διάγραμμα τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σφυγμῶν ἐν τῷ προτέρῳ περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, ὃ περὶ τῶν κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς ἐν ταῖς τρισὶν ἅμα διαστάσεσι συνισταμένων ἐποιήσαμεν. ἑξῆς δὲ αὐτῶν γέγραπται τρίτος ὁ κατὰ τὸ μῆκός τε καὶ τὸ πλάτος ὑπερβάλλων τὸν κατὰ φύσιν, ἐν δὲ τῇ κατὰ βάθος διαστάσει ταπεινὸς, ὃς καὶ σπανιάκις εὑρίσκεται. μεγάλως γὰρ ὑπὸ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων βαρυνομένης γίνεται τῆς ἀρτηρίας, ὅπερ οὐκ ἄν ποτε συμβαίη χωρὶς τοῦ καὶ τὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν γενέσθαι καὶ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας ἐσχάτως μαλακὸν, ὧν τὸ μὲν ἀτονώτερον τοῦ κατὰ φύσιν, τὸ δὲ μαλακὸν ἱκανῶς ἐργάζεται τὸν σφυγμόν. ὥστε μετὰ μὲν τούτων γίνοιτ᾽ ἄν ποτε

latior, non vero perinde profunditate auctus, ſed permaneat moderatus, praeter ſuperiores notas hoc illi etiam extra ordinem neceſſe eſt adſit, rugoſiorem evaſiſſe ſupernae arteriae incumbentem cutem ac ſi convertas membrum; ut quae ejus pars modo ſuperior erat nunc ſit inferior, nulla tum profunditas re videbitur impedita. Atque hi quidem duo pulſus in primo libro de eorum differentiis omnium primi inter viginti ſeptem pulſus in tabellam ſunt relati quam de illis fecimus, qui conſtant externis ſimul dimenſionibus quantitatis diſtentionis. Ab his deſcriptus tertius eſt, qui longitudine et latitudine excedit naturalem ac in profunditatis dimenſione eſt humilis; qui ſane raro invenitur. Fit enim quum arteria magnopere objectorum corporum mole oneratur; id quod nunquam eveniat, niſi facultas ſimul imbecillior ſit et ſumme mollis tunica arteriae; quorum illud imbecilliorem naturali, hoc molliorem pulſum efficit. Itaque cum his quidem erit aliquando longus ſimul

μακρὸς ἅμα καὶ πλατὺς καὶ ταπεινὸς, ἄλλως δ᾽ οὐκ ἂν γένοιτο. καὶ μὲν δὴ καὶ ὁπότε φαίνεται τοιοῦτον, οὐδὲ τότε πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν οὔτ᾽ ἐπὶ τὸ ταπεινότερον οὔτε ἐπὶ τὸ πλατύτερον ἐξίσταται, οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ κατὰ μὲν τὸ βάθος ἐσχάτως βαρύνεσθαι τὴν ἀρτηρίαν, κατὰ δὲ τὸ πλάτος οὐδ᾽ ὅλως, ὥσπερ γε οὐδ᾽ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ὕψος ἀνέρχεσθαι, παντάπασι δ᾽ ἐστενῶσθαι. πλέον μὲν γὰρ ἐπιδίδωσιν ὕψος ὡς τὰ πολλὰ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ᾖ σφοδρὸς ὁ σφυγμὸς, οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε ὡς τὸν αὐτὸν ὑψηλότατόν τε ἅμα καὶ στενώτατον ὑπάρχειν. εἰ μέντοι περιστραφείη κἀπὶ τούτου σφυγμοῦ τὸ κῶλον, ὡς τὰ τέως ὑπερκείμενα μέρη νῦν ὑποκείμενα γενέσθαι, καὶ ἡ κατὰ τὸ βάθος αὐτῶν διάστασις ἐπίδοσιν ἕξει καὶ οὐκ ἔτι φαίνεται ταπεινός. ἀλλ᾽ ὥσπερ μακρὸς καὶ πλατὺς, οὕτω καὶ ὑψηλὸς, ὅπερ ἐστὶ μέγας. ὁ γὰρ κατὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις αὐξηθεὶς μέγας λέγεται. [245] διοριστέον οὖν ἐπ᾽ αὐτῷ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ τῶν πρώτων ἁπάντων εἰρημένα. προσεπισκεπτέον δὲ καὶ εἰ τοῦ πλάτους ἀφαιρεῖ τι περιστρεφομένου τοῦ κώλου. γίνεται γὰρ καὶ τοῦτ᾽

et latus et humilis, alia ratione nunquam fiet; imo vero etiam quum videatur talis, ne tum quidem procul a natura nec ad humilius nec ad latius deflectit; neque enim ad summam arteria in profunditate gravetur et in latitudine nequaquam; neque item plurimum aſcendat altitudo, prorſus vero contrahatur in anguſtum, etenim vere fit ut plus altitudo creſcat, praeſertim ſi vehemens ſit pulſus, at non hactenus tamen ut idem altiſſimus ſimul et anguſtiſſimus ſit. Quod ſi hic quoque membrum invertas, ut quae modo partes ſuperiores eſſent, ſint nunc inferiores, et profunditatis eorum dimenſio incrementum habebit, nec videbitur amplius humilis; ſed ut longus et latus, ita etiam erit altus, quod eſt magnus; nam qui tribus eſt dimenſionibus auctus, magnus vocatur. Proinde diſtentiones in hoc ſunt adhibendae praeter has quas nunc expoſuimus etiam illae quae in primis omnium ſunt adhibitae. Jam illud

ἐνίοτε, καὶ δηλοῖ πόσον ὑπὲρ τὴν τοῦ βάθους ἀναλογίαν ἔμπροσθεν ἐπλατύνετο τὸ ἀγγεῖον. ὁ δ' ἐπὶ τοῖσδε τέταρτος ὁ μακρὸς ἅμα καὶ ὑψηλὸς καὶ σύμμετρος κατὰ τὸ πλάτος, ὅσον μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ πλατύς ἐστιν, ὥσπερ καὶ ὑψηλὸς, ἀλλὰ ὑπὲρ τοῦ στενοχωρεῖσθαι κα(122)τὰ τὰ πλάγια κεκολοῦσθαι τὴν εἰς τοῦτο κίνησιν. ὅλως γὰρ ἐπειδὰν ἤτοι τὸ πλάτος ὑπὲρ τὴν τοῦ βάθους ἀναλογίαν, ἢ τὸ βάθος ὑπὲρ τὴν τοῦ πλάτους ᾖ, παραποδίζεται τὸ ἕτερον αὐτῶν ἤτοι διὰ πλῆθος, ἢ πάχος, ἢ σκληρότητα τῶν προκειμένων σωμάτων, ἃ μεταξὺ τῆς ἀρτηρίας ἐστὶ καὶ τῆς ἐπιβαλλομένης ἁφῆς. καὶ γὰρ καὶ ἡ ῥυσσότης πλέονα τὰ ἐπικείμενα σώματα ποιεῖ, κατὰ τὰς ῥυτίδας ἐνδιπλοῦσα τὸ δέρμα. ὥστε καὶ ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἢ ὄντως μέγας ὑπάρχων ἐμποδίζεται κατὰ τὸ πλάτος, ἢ φαίνεσθαι μέγας δυνάμενος ἐπὶ λεπτότητος τοῦ σώματος, ὅμως οὐ φαίνεσθαι, διότι κατὰ μίαν τῶν διαστάσεων ἐστενοχώρηται. ὁ δὲ πέμπτος ἐν τῷ διαγράμματι γεγραμμένος ὁ μακρότερος μὲν τοῦ κατὰ φύσιν, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ταῖς δύο διαστά-

quoque eſt animadvertendum, ecquid de latitudine ſimul detrahatur, quum inverſum ſit membrum, etenim hoc ſit nonnunquam demonſtratque quanto antea ultra proportionem profunditatis dilataretur vas. Jam quartus, qui longus ſimul et altus et in latitudine eſt moderatus, quod ad ſe attinet latus eſt, quemadmodum et altus; ſed quia in lateribus coarctatur arteria, ideo ſic ejus motus impeditus eſt. Omnino enim ubi latitudo profunditatis proportionem excedat, aut profunditas proportionem latitudinis, altera impeditur earum, aut propter multitudinem, aut craſſitiem, aut duritiem corporum objectorum, quae interpoſita ſunt inter arteriam et admotum tactum. Et hercle etiam rugoſitas numerum impoſitorum corporum auget, rugis cutem conduplicans. Itaque is pulſus, aut, quum vere magnus ſit, ſecundum latitudinem obſtaculum habet; aut quum videri in macilento corpore magnus poſſit, non videtur tamen, quod ſecundum unam dimenſionem factus ſit anguſtus. Qui quintum in tabella locum habet, longior naturali, in reliquis

σεσι σύμμετρος, ἰσχνότερον μὲν δηλοῖ ἑαυτοῦ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, τὸν σφυγμὸν δὲ ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ μικρότερον τοῦ κατὰ φύσιν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ μακρὸς σφυγμὸς ἢ διὰ μέγεθος οἰκεῖον, ἢ διὰ λεπτότητα φαίνεται τοιοῦτος, οὐ μὴν νῦν γε διὰ μέγεθος ἐγένετο μακρὸς, ἦν γὰρ ἂν οὕτω καὶ ὑψηλὸς ἅμα καὶ πλατὺς, ἢ πάντως γε τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀπολείπεται διὰ λεπτότητα μακρὸς γεγονέναι. ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοῖς ἰσχνοτέροις τοῦ κατὰ φύσιν οἱ σφυγμοὶ μείζους φαίνονται, δῆλον ὡς στενώτερός τε καὶ ταπεινότερος ὁ σφυγμός ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ· εἰ δὲ ταῦτα, καὶ μικρότερος ὅσον ἐφ᾽ αὑτῷ. ὁ δ᾽ ἐφεξῆς τῷδε γεγραμμένος ἕκτος ὁ μακρὸς καὶ ταπεινὸς καὶ σύμμετρος κατὰ τὸ πλάτος, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας ἥττων τοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ διὰ λεπτότητα φαίνεται μακρός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτῷ κοινὸν πρὸς τὸν πέμπτον· ἴδιον δ᾽ ἐξαίρετον κεκολοῦσθαι τὸ βάθος δι᾽ ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον αἰτίαν. ἕβδομος δ᾽ ἦν ἐν τῷ διαγράμματι σφυγμὸς μακρὸς ἅμα καὶ στενὸς καὶ ὑψηλὸς, ὃς ἐφαίνετ᾽ ἂν ὁμοίως τῷ πάντων πρώτῳ μέγας, μὴ τὸ πλάτος

autem duabus dimenfionibus moderatus, graciliorem annunciat folito hominem effe factum et pulfum quantum in eo eft naturali minorem. Quando enim longus pulfus aut ob propriam fuam magnitudinem, aut propter tenuitatem videatur ejuscemodi effe, nunc vero non appareat talis ex magnitudine effe, effet enim fimul altus et latus, aut alteruter certe horum, reftat ut per maciem factus fit longus. Caeterum quum graciliores habere videantur pulfus naturali majores, plane pulfus quod ad fe pertinet anguftior aequo eft et humilior, itaque etiam minor quod ad fe attinet. Qui fub hunc fcriptus eft fextus, puta longus et humilis atque latitudine moderatus, quum ob caufas ante expofitas minor fit naturali, quantum in ipfo eft ob gracilitatem apparet longus effe. Sed hoc commune cum quinto habet; proprium autem hoc peculiariter, profunditatem ob caufam paulo ante memoratam effe imminutam. Septimus in tabella pulfus erat longus pariter et anguftus altusque, qui videri perinde ac omnium primus magnus poffet, nifi fit

ἐστενοχωρεῖτο. τὰ δὲ ἄλλα καὶ περὶ τοῦδε παραπλησίως τῷ πρώτῳ πάντων δεῖ διορίζεσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσα κατὰ τὸν τρίτον εἴρηται, καὶ ταῦτ' ἐνταῦθα προστιθέναι, τὸ μήτε πολλάκις φαίνεσθαι τὸν τοιοῦτον σφυγμὸν μήθ' ὅταν φαίνηται, πλεῖστον ὅσον ὑπερβάλλειν μὲν τοῦ συμμέτρου κατὰ τὸ ὕψος, ἀπολείπεσθαι δὲ κατὰ τὸ πλάτος. ὁ δ' ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένος ὄγδοος ὁ μακρὸς ἅμα καὶ στενὸς καὶ σύμμετρος κατὰ τὸ βάθος ὅτι μὲν μικρός ἐστι κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν, εὔδηλον ἐκ τῶν ἐπὶ τοῦ πέμπτου προειρημένων· ἰσχνοῦ δὲ τοῦ σώματος γενομένου φαίνεται μακρότερος. τὸ δὲ ἴδιον ἐξαίρετον αὐτῷ παρὰ τὸν πέμπτον, ἡ τοῦ πλάτους στενότης, ἐστενοχωρῆσθαι κατὰ τοῦτο δηλοῦσα τὴν ἀρτηρίαν. ὁ δὲ ἔννατος σφυγμὸς ὁ μακρὸς καὶ στενὸς καὶ ταπεινὸς ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐνδείκνυται μικρὸς μὲν ὢν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, φαινόμενος δὲ μακρὸς δι' ἔκτηξιν τοῦ σώματος. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ αὐτῷ σύνεστιν ἀμυδρότης καὶ σκληρότης. εἰ δὲ μήτε σκληρὸς ᾖ μήτ' ἄγαν ἀμυδρὸς, ἐπὶ καταψύξει τοιοῦτος ἀποτελεῖται. οὕτως μὲν οὖν ἅπαντες οἱ εἰρημένοι νῦν ἐννέα σφυγμοὶ μακρότερον ἔχουσι τὸ μῆκος τοῦ

reftricta latitudo; caetera hic ita ut in primo omnium funt discernenda. Et etiam quae in tertio explicavimus, ea funt in hunc locum conferenda, non faepenumero fcilicet hunc pulfum effe, neque quum incidat, plurimum moderatum altitudine fuperare et inferiorem latitudine effe. Ab illo octavum, longum una et anguftum et moderata profunditate, natura quidem effe parvum ex iis conftat quae in quinto jam retulimus, at quia marcuit corpus, longior videtur; eximium vero hoc praeter quintum habet, quod conftrictam hic arteriam latitudinis anguftia declarat. Nonus pulfus, longus, anguftus, humilis, longe etiam magis oftenditur fua natura effe parvus, verum videri per marcorem corporis longus; fere adjuncta illi remiffio eft duritiesque, qui fi neque durus fit, neque admodum languidus, a refrigeratione gignitur. Itaque novem quos nunc percurrimus pulfus omnes longitudinem habent aequo longiorem, duabus diffe-

κατὰ φύσιν, ἐξαλλάττονται δὲ κατὰ τὰς λοιπὰς δύο διαστάσεις. [246] οἱ δ᾽ ἐφεξῆς ἐννέα σύμμετροι κατὰ τὸ μῆκος ὄντες ὑπαλλάττονται κατά τε τὸ βάθος καὶ τὸ πλάτος. ὁ μὲν οὖν δέκατος ὑψηλὸς ἅμα καὶ πλατὺς φαινόμενος ἐφ᾽ ἑνὸς μὲν ἀνθρώπου τῷ συμμέτρῳ παραβαλλόμενος ἀδύνατος συστῆναι, πλὴν εἴ ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ἡ θέσις ὅλη τῆς ἀρτηρίας ἐξαλλάττοιτο, πρὸς δὲ τὸν ἁπλῶς σύμμετρον εἰ παραβάλλοιτο, καὶ γενέσθαι δυνατός ἐστι. καὶ αἰτία τῆς γενέσεως αὐτοῦ κατὰ τὴν τῆς διαπλάσεως ἰδιότητα. σύμπτωμα γάρ ἐστιν ἀρτηρίας, ἑκατέρωθεν μὲν ὑπὸ βαθείᾳ σαρκὶ κρυπτομένης, κατὰ δέ τι μέσον ὀλίγον ἐκκειμένης προπετοῦς. ὁ δὲ ἑνδέκατος τοῦ προγεγραμμένου παραλλάττων ἑνὶ μόνῳ, τῷ βάθος ἴσον ἔχειν τῷ κατὰ φύσιν, ἐκ περιττοῦ προσερχομένην ἔχει τὴν τοῦτο ταπεινοῦσαν αἰτίαν. τὰ δ᾽ ἄλλα τῷ δεκάτῳ ταὐτά. ὁ δὲ δωδέκατος ὁ πλατὺς καὶ ταπεινὸς ἐπὶ συμμέτρῳ μήκει, περιστραφέντος τοῦ κώλου γίνεται. ἤτοι γὰρ φανεῖται πάντη σύμμετρος ἢ μέγας. εἰ μὲν οὖν πάντη σύμμετρος φαίνοιτο, δηλώσει τὸ μὲν ὕψος ἔμπροσθεν ἐπ᾽ ὀλίγον τεθλίφθαι, τὸ δὲ πλάτος ἐκτετάσθαι διὰ μαλακότητα τῆς ἀρτηρίας·

rentiis reliquis diverſi ſunt, novem proximi longitudine moderata ſunt, profunditatem autem et latitudinem immutant. Ac decimus quidem qui altus ſimul et latus videtur, uno in homine, ſi cum moderato comparetur, nunquam exiſtat; niſi quando, id quod rarum eſt, omnino arteria de ſede ſua migret. Sin autem conferatur ad eum qui eſt abſolute moderatus, poteſt incidere, ac cauſa ejus generandi in proprietatem conformationis confertur; ſiquidem ſymptoma arteriae eſt, quae ſub profunda carne utrinque occultetur, ſed in media parva parte ſublimis extet. Undecimus qui una re differt a ſuperiore, quod profunditatem moderato parem habeat, pro cumulo cauſam demittendi hujus habet adjunctam; caetera cum decimo conveniunt. Duodecimus latus, humilis cum moderata longitudine inverſo fit membro; aut enim undequaque videbitur moderatus, aut magnus. Ac ſi omnino videatur moderatus, altitudinem declarabit prius nonnihil compreſſam eſſe, productamque ob mollitiem ar-

εἰ δὲ μέγας, ἐπὶ πλεῖστον τεθλίφθαι τὸ ὕψος. ὁ δὲ ιγ΄ ὑψηλὸς ἅμα καὶ σύμμετρος ἐν ταῖς λοιπαῖς δύο διαστάσεσιν ὅμοια μὲν τῷ δεκάτῳ κατά τε τὴν φυσικὴν διάπλασιν ἀποτελεῖται καὶ προσέτι τὴν τῆς κατὰ φύσιν θέσεως ἀλλοίωσιν. ἐκ περιττοῦ δ᾽ αὐτῷ πρόσεστι παρ᾽ ἐκεῖνον ἡ στενοχωρία τοῦ πλάτους. ὁ δὲ ιδ΄ ὁ κατὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις σύμμετρος ὅτι μὲν τῷ κατὰ φύσιν ὁ αὐτὸς φαίνεται πρόδηλον· εἰ δὲ καὶ ὄντως ἐστὶν ἴσος τῷ κατὰ φύσιν ἐκ τῆς τοῦ σώματος σχέσεως διορίζεται. εἰ μὲν γὰρ ἰσχνότερος εἴη τοῦ κατὰ φύσιν, οὗτος ἂν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ μικρότερος ὢν ὁ σφυγμὸς ἴσος φαίνοιτο τῷ συμμέτρῳ· εἰ δὲ παχύτερον εἴη τὸ σῶμα τοῦ κατὰ φύσιν, ὁ σφυγμὸς ὅσον μὲν ἐφ᾽ ἑαυτῷ μέγας ἐστὶ, φαίνεται δὲ σύμμετρος ὑπὸ πολυσαρκίας κολουόμενος· εἰ δὲ μήτ᾽ εἰς ἰσχνότητα μήτ᾽ εἰς παχύτητα παραλλάττοι τὸ σῶμα, σύμμετρον ἐν τῷ τοιῷδε τὸν σφυγμὸν ἀναγκαῖον οὐ φαίνεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἶναι. καὶ δέδεικταί γε ἡμῖν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ σφυγμῶν διαγνώσεως ὅτι πρὸς τοῦτον οἱ ἄλλοι πάντες παραβαλλόμενοι μεγάλοι καὶ μικροὶ καὶ μακροὶ καὶ βραχεῖς καὶ πλατεῖς

teriae latitudinem; ſin magnus, plurimum fuiſſe compreſſam altitudinem. Decimus tertius altus idemque dimenſionibus duabus reliquis moderatus, perinde ut decimus, et ex naturali conformatione conſicitur et etiam ex naturalis ſedis mutatione; eximium autem habet praeter illum latitudinis anguſtiam. Decimum quartum, qui omnibus tribus dimenſionibus moderatus eſt, omnibus apertum eſt referre naturalem; an vero ſit par revera naturali, exploratur ex corporis habitudine. Nam macrior ſi naturali ſit, ſic quum ſit pulſus ſua natura minor, par apparet moderato eſſe; ſin craſſius aequo ſit corpus, pulſus tum de ſua quidem natura magnus eſt, ſed quod per corpulentiam coërceatur, eſſe moderatus videtur; quod ſi nec ad gracilitatem corpus nec ad corpulentiam deſlectat, moderatum in eo non ſolum repraeſentari pulſum, verum etiam neceſſe eſt eſſe. Sane demonſtravimus in ſecundo libro De pulſibus dignoscendis caeteros pulſus ad hunc omnes relatos, magnos, parvos, lon-

καὶ στενοὶ καὶ ὑψηλοὶ καὶ ταπεινοὶ λέγονται. ὁ δὲ πεντεκαιδέκατος ὁ ταπεινὸς μὲν κατὰ τὸ βάθος, σύμμετρος δὲ ταῖς λοιπαῖς δύο διαστάσεσιν, ὁ αὐτός ἐστιν τῷ προγεγραμμένῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κατὰ πάντα, πλὴν ὅσα τὸ βάθος αὐτοῦ τέθλιπται. ὥσθ᾽ ὅσα ἐπ᾽ ἐκείνου προείρηται, ταῦτα κᾀπὶ τούτου χρὴ δοκεῖν εἰρῆσθαι. μεμνῆσθαι δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων προσήκει, τὸ δὲ καταστρεφομένον τοῦ κώλου μηκέτι φαίνεσθαι ταπεινόν. ὁ δὲ ἑκκαιδέκατος ὁ σύμμετρος μὲν ἐν τῷ μήκει, στενὸς δὲ καὶ ὑψηλὸς, ἤτοι κατὰ τὴν τῆς διαπλάσεως ἰδιότητα γίνεται φύσιν τοιοῦτος, ἢ κατὰ τὸ πλάτος, ἐπὶ τῇ κατὰ τὰ πλάγια θλίψει τῶν ἀρτηριῶν. ὁ δὲ ιζ σύμμετρος μὲν κατὰ τὸ μῆκός τε καὶ τὸ βάθος, ἐν δὲ τῇ λοιπῇ διαστάσει στενὸς, ὅτι μὲν στενοχωρεῖται κατὰ τὰ πλάγια πρόδηλον ἐκ τῆς τοῦ βάθους συμμετρίας, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα κᾀπὶ τούτου τοῖς κατὰ τὸν ιδ τε καὶ πεντεκαιδέκατον ὡσαύτως ἔχει. ὁ δὲ ιη ὁ σύμμετρος μὲν κατὰ τὸ μῆκος, στενὸς δὲ καὶ ταπεινὸς, κατὰ μὲν τὴν οἰκείαν οὐσίαν μικρός ἐστι, φαίνεται δὲ τῷ μήκει σύμμετρος ἐπ᾽ ἰσχνότητα. συλλήβδην γὰρ εἰπεῖν ὅταν

gos, breves, latos, anguftos, altos, humiles appellari. Quintusdecimus, qui humilis profunditate eft, reliquis duabus dimenfionibus moderatus, omnino fimilis fuperiori eft decimo quarto, praeter quod hujus compreffa eft profunditas; proinde quae illic prius expofuimus, ea duces hic quoque dicta effe. Hoc vero eft in hisce omnibus memoria tenendum, non amplius converfo membro videri humilem. Sextus decimus, qui moderatus eft longitudine, anguftus altusque, aut ex conformationis proprietate fit talis natura, aut per affectum aliquem compreffis ad latera arteriis. Septimum decimum, qui eft moderatus longitudine et profunditate, in reliqua dimenfione anguftus, in latera contractum effe declarat moderata profunditas; in reliquis omnibus decimoquarto et decimoquinto respondet. Octavus decimus qui longitudine moderata eft et anguftus humilisque, fua quidem natura parvus eft; videtur autem effe ob gracilitatem moderata longitudine. Breviter enim quum praeter profunditatis proportionem et latitudinis extenfa longitudo fit,

ὑπὲρ τὴν τοῦ βάθους τε καὶ τοῦ πλάτους ἀναλογίαν ἐκταθῇ τὸ μῆκος, (123) ἰσχνότητα τοῦ σώματος ἐνδείκνυται, οὐ μὴν ὅταν γε μειωθῇ παρὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ βάθους, εὐσαρκίαν σημαίνει, ἀλλ' ἤτοι φυσικήν τινα διάπλασιν ἢ θέσιν τῆς ἀρτηρίας ἀνώμαλον. [247] ὁ δὲ ιθ' βραχὺς καὶ πλατὺς καὶ ὑψηλὸς ἤτοι φύσει φαίνεται τοιοῦτος ἐπὶ διαπλάσεως ἰδιότητα ἢ κατὰ τὸ πάθος ἐν τῇ θέσει διαστρεφομένης τῆς ἀρτηρίας. καὶ εἰκοστὸς δὲ κατὰ μὲν τὰς ἄλλας δύο διαστάσεις ὁ αὐτὸς τῷ ιθ' φαινόμενος, ἐν δὲ τῷ βάθει σύμμετρος. ἐξαίρετον, ὡς ἐπ' ἐκείνου προείρηται, τὸ κεκολοῦσθαι τὸ ὕψος ἔχει. ὁ δὲ κα' ὁ βραχὺς καὶ πλατὺς καὶ ταπεινὸς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτίοις ἔτι κἀκεῖνα προσλήψεται τὰ πλατὺν ἅμα καὶ ταπεινὸν ἀπεργαζόμενα τὸν σφυγμόν. ὡσαύτως δὲ ὁ κβ' ὁ βραχὺς ἅμα καὶ ὑψηλὸς καὶ σύμμετρος κατὰ τὸ πλάτος ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις προσλήψεται τὰ ποιοῦντα σύμμετρον ἐν τῷ πλάτει καὶ ὑψηλὸν σφυγμὸν, ὥσπερ γε καὶ ὁ κγ' ὁ βραχὺς μὲν κατὰ τὸ μῆκος, ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς δύο διαστάσεσι σύμμετρος, εἰς τὰς αὐτὰς αἰτίας ἀναχθήσεται. ὁ δὲ κδ' ἐξαίρετον

fignificat corporis gracilitatem; non tamen ubi contracta praeter proportionem profunditatis eft, corpulentiam denotat, fed vel naturalem quampiam conformationem, vel fitum arteriae inaequalem. Nonus decimus brevis, latus et altus, aut ob conformationis proprietatem talis natura videtur, aut ex affectu arteriae in fitu diftortae. Vigefimus jam in aliis duabus dimenfionibus fimilis eft nono decimo, fed profunditate eft moderata. Hic habet hoc praecipuum, refcifam fuam altitudinem. Vigefimus primus brevis, latus et humilis praeter easdem caufas etiam illas adjunget fibi quae latum fimul et humilem efficiunt pulfum. Ad eundem modum vigefimus fecundus brevis fimul et altus atque latitudine moderata affumet ad easdem caufas eas quae moderatum latitudine creant humilemque pulfum. Sic etiam vigefimus tertius, brevis ille quidem longitudine, verum dimenfionibus duabus reliquis moderatis, ad easdem caufas reducetur. Vigefimus quartus fortietur praeter eas-

ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις προσλήψεται τὴν ταπεινοῦσαν τὸ ὕψος αἰτίαν. οὕτως δὲ καὶ οἱ ἐφεξῆς δύο κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰς τὰς προειρημένας αἰτίας ἀναχθήσονται, μεμνημένων ἡμῶν ὡς ἂν ἐν οἷς σφυγμοῖς ἀπολείπεται τὸ μῆκος τῆς κατὰ τὸ βάθος καὶ κατὰ τὸ πλάτος ἀναλογίας, ἐν τούτοις ἤτοι φυσικῇ διαπλάσει τὴν αἰτίαν ἀνατιθέναι προσῆκεν, ἢ διαστρόφῳ θέσει τῆς ἀρτηρίας. εἴρηται δὲ κἀπειδὰν ὑπερέχῃ τὸ μῆκος τῆς κατὰ τὸ πλάτος, ἢ τὸ βάθος ἀναλογίας, ἤτοι κεκολοῦσθαι τὸ ἕτερον αὐτῶν μόνον ὑπὸ στενοχωρίας ἢ καὶ τὸ ἕτερον ηὐξῆσθαι, καὶ ὡς τὸ μὲν κεκολοῦσθαι πολλάκις συμπίπτει, τὸ δὲ ηὐξῆσθαι σπανιάκις, ἐπὶ μὲν τοῦ πλάτους, ὅταν βαρύνηται τὸ ὕψος ἐπὶ μαλακῷ τῷ χιτῶνι τῆς ἀρτηρίας, εὐθὺς δὲ καὶ ὡς οὐδὲ σφοδρὸς ὁ τοιοῦτός ἐστι σφυγμὸς, ἐπὶ δὲ τοῦ βάθους, ὅταν στενοχωρῆται μὲν τὸ πλάτος, ὁ σφυγμὸς δὲ ᾖ σφοδρός τε ἅμα καὶ μέγας ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. λοιπὸς δὲ ἐπὶ πᾶσιν ὁ κζ ἐστὶν ὁ βραχὺς καὶ στενὸς καὶ ταπεινὸς, ὅσπερ δὴ καὶ μικρός ἐστιν, ἤτοι φαινόμενος τοιοῦτος ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὑπάρχων. ἃ γὰρ ἐπὶ τοῦ πρώτου πάντων διώρισται τοῦ μεγάλου, ταῦτα κἀπὶ τούτου διορίζεσθαι χρή. κατὰ φύσιν

dem cauſas extra ordinem cauſam quae altitudinem deprimit. Ad eundem modum proximi duo ad antedictas referentur cauſas, ut memoria teneamus, in quibuscunque pulſibus cedat longitudo proportioni latitudinis et profunditatis, in his cauſam aut naturali conformationi, aut arteriae perverſo ſitui eſſe attribuendam. Demonſtravimus porro, ubi latitudinis, vel profunditatis proportionem longitudo vincat, aut obſiſtere alteri earum ſolam anguſtiam, aut auctam etiam alteram eſſe; atque obſtaculum frequenter accidere, incrementum raro, in latitudine quidem, ubi per mollem arteriae tunicam gravetur altitudo, ſimulque nec vehementem eſſe ejuscemodi pulſum; in profunditate vero, ubi coarctetur latitudo et pulſus vehemens ſimul et magnus ex ſua natura ſit. Reliquus eſt poſt omnes vigeſimus ſeptimus brevis, anguſtus humilisque, qui utique parvus vel apparet eſſe vel ſua natura eſt, ac quae quidem in omnium primo diſtincta ſunt magno, eadem ſunt hic quoque diſtinguenda. Si

μὲν γὰρ ἐχούσης τοῦ σώματος τῆς σχέσεως, ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς οὐ μόνον φαίνεται μικρὸς, ἀλλὰ καὶ ὄντως ἐστί· παχυτέρας δὲ γενομένης, εἰ μὲν ὅσον περ ἑαυτοῦ παχύτερος ὁ ἄνθρωπος ἐγένετο, τοσούτῳ καὶ ὁ σφυγμὸς μικρότερος, εἴη ἂν οὕτω γε σύμμετρος μὲν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ, διὰ δὲ παχύτητα τοῦ σώματος ἐλάττων τοῦ κατὰ φύσιν φαινόμενος· εἰ δὲ πλέονι παχύτερος ἤπερ ὁ σφυγμὸς μικρότερος, μείζων ἂν εἴη τοῦ κατὰ φύσιν ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ· εἰ δ᾽ ἔλαττον παχύτερος ἤπερ ὁ σφυγμὸς μικρότερος, ἐλάττων ἂν εἴη τοῦ κατὰ φύσιν ὁ τοιοῦτος ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. λεπτοτέρου μέντοι τοῦ σώματος ὄντος ἤπερ ὁ σφυγμὸς φαίνοιτο μικρὸς, ἔσται μὲν καὶ οὗτος τῇ φύσει μικρὸς, ἀλλ᾽ ἔλαττον φαίνεται μικρὸς ἢ ὄντως ἐστίν. ἡ γὰρ ἰσχνότης τοῦ σώματος εἰς ὅσον ἐξέστη τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τοσοῦτον μέγεθος αὐτῷ προσδίδωσι φαντασίαν. ἃ δ᾽ ἐπὶ τοῦ μικροῦ τε καὶ μεγάλου σφυγμοῦ διώρισται, ταῦτα κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων διορίζεσθαι χρὴ, γινώσκοντας ὡς κἀκείνων ἕκαστος ἤτοι μικρὸς, ἢ μέγας, ἢ σύμμετρός ἐστιν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. καὶ τρεῖς οὗτοι σφυγμοὶ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς εἰσὶν ὡς πρὸς τὴν

naturaliter comparata corporis ſit habitudo, hic pulſus non modo videtur parvus, ſed etiam eſt vere. At quum craſſior ſit, ſi quo homo evaſit ſe ipſo craſſior, hoc ſit pulſus minor, erit tum quidem quod ad ipſum attinet moderatus, ſed per corporis craſſitudinem minor videtur moderato. Si longe ſit craſſior quam pulſus minor, is pulſus quantum in ipſo eſt mediocri erit major. Sin autem minus ſit craſſus quam parvus pulſus hic, ſi ejus naturam ſpectes, minor erit naturali. Quod ſi gracilius corpus ſit quam videatur pulſus parvus, is ſane eſt natura parvus, ſed non perinde videtur parvus ac vere eſt; quod corporis gracilitas, quatenus deceſſit de natura, hactenus ei magnitudinis addit ſpeciem. Quae de parvo et magno pulſu adhibita diſtinctio eſt, eadem in aliis eſt adhibenda omnibus ſciendumque illorum quemque vel parvum eſſe natura, vel magnum, vel moderatum. Ac tres hi pulſus in quantitate diſtentionis poſiti ſunt quod attinet

φύσιν αὐτοῦ τοῦ πράγματος. φαίνονται δ' ἑπτὰ καὶ κ' διὰ πάχος ἢ λεπτότητα τοῦ σώματος, ἢ ῥυσσοτέρου τοῦ δέρματος, ἢ στενοχωρίαν ἀνώμαλον τῶν περὶ ταῖς ἀρτηρίαις χωρίων, ἢ διαπλάσεως ἰδιότητα. χρὴ τοίνυν ἕκαστον ὅστις μὴ μέχρι λόγου ψιλοῦ μετέρχεται, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀσκεῖν προαιρεῖται, μεμνημένον ἁπάντων ὧν νῦν δὴ πέπαυμαι λόγων, [248] *ἐπειδὰν ἐπισκέπτηταί τινα τῶν κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς συνισταμένων σφυγμῶν, πρῶτον μὲν ἐπισκοπεῖσθαι τίς ἐστι τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν, εἶθ' ἑξῆς αὐτοῦ χωρίσαντα τὰς διὰ τὰ παρακείμενα σώματα γινομένας ἀλλοιώσεις ἐξευρεῖν εἴτε σύμμετρός ἐστιν, εἴτε μέγας, εἴτε μικρὸς, εἶθ' ἑξῆς τὰς διαθέσεις ὑφ' ὧν τοιοῦτος ἐγένετο. διδάσκουσι γὰρ αὗται τά τε προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα, οἷον εὐθέως ἐπὶ τοῦ μακροῦ καὶ στενοῦ καὶ ταπεινοῦ, παραδείγματος γὰρ ἕνεκα τὸν λόγον ἐπὶ τούτου διδάξομεν· ὅτι μέν ἐστιν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ μικρὸς εὔδηλον ἐκ τοῦ τὴν μὲν κατὰ κύκλον αὐτοῦ μεμειῶσθαι διάστασιν, ηὐξῆσθαι δὲ τὴν κατὰ μῆκος. εἰ γὰρ ὑπὸ δυοῖν αἰτίων ὁ κύκλος τῆς διαστολῆς ἐλάττων φαίνεται, διά τε πολυσαρκίαν καὶ ὅτι μικρότερος ὄντως*

ad ipſius rei naturam. Videntur vero eſſe viginti ſeptem ob craſſitudinem, vel gracilitatem corporis, vel ob cutem rugoſiorem, vel regionum arteriarum inaequalem anguſtiam, vel proprietatem conformationis. Ita unumquemque oportet qui non inania verba ambit, ſed ipſa opera ſtudet meditari, omnium memorem quae jam percurri, ſimul atque aliquem animadvertat pulſum qui in quantitate conſiſtit diſtentionis, primum qui ſit de viginti ſeptem attendere; deinde ubi ab eo quae ex vicinis corporibus oriuntur alterationes ſecreverit, indagare an moderatus ſit, an magnus, an parvus; poſtea ſtatus, qui talem genuere, ſiquidem docent hi et praeterita et futura, ut in longo et anguſto et humili; nam exempli gratia in hoc quod dico docebimus. Hunc quantum in ipſo eſt liquet parvum eſſe ex eo quod ejus imminuta eſt circularis dimenſio et aucta dimenſio longitudinis. Si enim duabus de cauſis minor circulus diſtentionis apparet ob corpulentiam et quod minor re vera ſit

Ed. Chart. VIII. [248.] Ed. Baſ. III. (123.)

ὁ σφυγμὸς ἐγένετο, νυνὶ δὲ οὐκ ἔστι πολυσαρκία, πάντως γὰρ ἂν μόνον οὐδὲν ηὔξητο τοῦ μήκους, ἀλλὰ καὶ ἐμεμείωτο, δῆλον ὡς κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν ὁ σφυγμὸς μικρὸς ἐγένετο. ὁπότ᾽ οὖν κεχώρισται τὸ παρὰ τὴν τοῦ σώματος σχέσιν ἐγγινόμενον αὐτῷ φάντασμα τοῦ μήκους, ἐκ τῶν μικρῶν ὑπάρχοντι κατὰ τὴν ἰδίαν οὐσίαν, ἑξῆς ἐπισκεψώμεθα διὰ τίνα ποτ᾽ αἰτίαν ἐγένετο μικρός. μέγιστον δ᾽ εἰς τοσοῦτον συντελεῖ τὸ διαγινώσκειν δύνασθαι τὸ ποσὸν τῆς τε μικρότητος καὶ τοῦ μήκους. ἤτοι γὰρ ὀλίγῳ τινὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐγένετο μικρότερος, ἢ πολλῷ, ἢ ὡς ἂν εἴποι τις μετρίῳ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ μῆκος ἢ ὀλίγον, ἢ μέτριον, ἢ πολὺ τῶν κατὰ φύσιν ὑπερβάλλει. ἔστω δὴ τὸ ἕτερον ἐπὶ πλεῖστον μὲν εἰς μῆκος ἐκτεταμένος, ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ μικρότητος ἥκων, τουτέστι στενὸς καὶ ταπεινός· ὁ τοιοῦτος σφυγμός ἐστι μὲν τῇ φύσει πολὺ μικρότερος ἢ φαίνεται, ὑπάρχει δ᾽ αὐτῷ τὸ μὲν φαίνεσθαι τοιοῦτος δι᾽ ὑπερβάλλουσαν ἰσχνότητα, τὸ δὲ εἶναι φύσει μικρότερον διὰ τὰς μικροτέρας γεννώσας αἰτίας, ψύξιν, ἀτονίαν, ἰσχνότητα. τίς οὖν ἐκ τούτων ἐστὶν, ἢ τίνες ποιήσασαι τὸν νῦν φαινόμενον σφυγμὸν μακρὸν καὶ στενὸν καὶ

pulſus, nunc autem abeſt corpulentia, ſane enim non ſolum longitudo non creviſſet, ſed etiam imminuta eſſet, planum eſt pulſum ſua natura eſſe parvum. Quum igitur remota ſit longitudinis ſpecies, quam contraxit ex corporis habitudine, quum ſua natura parvus ſit, videamus jam quanam de cauſa ſit factus parvus. Hic plurimi intereſt noſſe parvitatis quantitatem et longitudinis, aut enim paulo eſt naturali minor, aut multo, aut ut ita dicam modico; ſic etiam in longitudine aut parum, aut modice, aut longe naturales ſuperat. Jam altera ex parte ad maximam longitudinem producatur, etiam ad maximam deveniat parvitatem, id eſt anguſtus et humilis ſit; hic pulſus natura longe eſt quam apparet minor, ſed eam quidem ex nimia gracilitate comparavit ſpeciem, ut vero ſit natura minor, ex cauſis quae efficiunt minorem, frigiditate, imbecillitate, gracilitate. At quae tandem cauſa eſt, vel cauſae inter has, und pulſus qui nobis nunc cernitur longus, anguſtus humilisque gene-

ταπεινόν; λέλεκται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν ὡς ἀχώριστόν ἐστι σημεῖον τῆς μὲν σκληρότητος τῶν ἀρτηριῶν ὁ σκληρὸς σφυγμὸς, τῆς δὲ ἀῤῥώστου δυνάμεως ὁ ἀμυδρὸς, ὅσπερ δὴ καὶ ἄτονός τε καὶ ἄῤῥωστος ὀνομάζεται, καθάπερ γε καὶ ὁ ἐναντίος αὐτῷ σφοδρὸς καὶ εὔτονος καὶ εὔρωστος. ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ προκειμένου σφυγμοῦ κἀκεῖνο χρὴ γινώσκειν, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν ἀμυδρός. οὐδέποτε γὰρ ἐσχάτως μικρὸς γίνεται σφυγμὸς εὐρωστούσης δυνάμεως· ἡ μέντοι σκληρότης οὐκ ἐξ ἀνάγκης σύνεστι. περὶ δὲ τῆς ψύξεως οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐγχωρεῖ, ἀλλὰ χρὴ πρῶτον μὲν γινώσκειν ὡς ἕτερον μέν τί ἐστι τὸ ἐψῦχθαι τὴν καρδίαν ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις, ἕτερον δὲ τὸ ψύχεσθαι, καὶ ὡς τὸ μὲν ἐψῦχθαι κεκακῶσθαι τὴν δύναμίν ἐστι, τὸ δὲ ψύχεσθαι τὴν χρείαν ἠλλοιῶσθαι. πάνυ δ᾽ ἀκριβῶς χρὴ προσέχειν τῷ λεγομένῳ τὸν νοῦν, εὖ εἰδότας ὡς οὐ μόνον εἰς τὰς διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας σχεδὸν ἁπάσας οὐδέν ἐστιν αὐτοῦ χρησιμώτερον. εἴρηται δ᾽ ἅπας ὁ λόγος οὗτος ἐκ τοῦ γινώσκειν τὴν οὐσίαν τῆς δυνάμεως, ὑπὲρ ἧς ἐν μὲν τῇ περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων πραγματείᾳ διὰ τὸ μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι παρελίπομεν εἰπεῖν,

retur? Declaravimus quidem ante ſignum eſſe perpetuum arteriarum duritiei pulſum durum, infirmae facultatis languidum, qui etiam remiſſus et imbecillus vocatur; ut qui eſt contrarius, vehemens, contentus, validus. Verum ſciendum et hoc eſt in hoc pulſu, neceſſario eum languidum eſſe, nunquam enim valente facultate parvus ad ſummum pulſus fiat; at duritiem nihil eſt neceſſe conjunctam eſſe. De frigiditate vero non abſolute eſt ſtatuendum; ſed illud primum noſſe oportet, intereſſe, cor una eſſe cum arteriis refrigeratum et refrigerari; ac quod refrigeratum eſſe laeſam eſſe facultatem ſit, refrigerari autem mutari uſum. Hic animo mihi opus eſt plane attento, ſciendumque non modo ad praeſagitiones ex pulſibus, ſed ad alias etiam pene omnes eo nihil eſſe conducibilius. Procedit autem univerſus hic ſermo ex cognitione eſſentiae facultatis, quam in commentariis De cauſis pulſuum, quod nullo modo eſſet neceſſaria,

ἐνταυθοῖ δὲ, πρὸς (124) γὰρ ἐπιστήμην ἀκριβῆ τῶν λεχθησομένων ἡ γνῶσις αὕτη συντελεῖ, καιρὸς εἶναί μοι δοκεῖ διελθεῖν, οὔτ᾽ ἐνταῦθα μετὰ τῶν οἰκείων ἀποδείξεων, ἑτέρωθι γὰρ εἴρηται μακρότερον, ἀλλ᾽ ὅσον ἐν κεφαλαίῳ ῥηθὲν εἰς τὰ ἐνεστῶτα νῦν χρηστόν.

Κεφ. δ΄. [249] Ἡ οὐσία τῆς δυνάμεως ἑκάστου τῶν μορίων ἐν τῇ καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν εὐκρασίᾳ τέτακται. τότε γὰρ ἐπιτελεῖ τὸ ἴδιον ἔργον εὐρώστως, ὅταν εὐκρατότατον ᾖ. καὶ μέντοι καὶ κακῶς ἐργάζεται δύσκρατον γενόμενον, καὶ εἰς τοσοῦτόν γε κακῶς εἰς ὅσον δύσκρατον. οὕτως οὖν καὶ αὐτὸ τὸ τῆς καρδίας σῶμα ψυχθὲν μὲν ἢ θερμανθεν, ἢ ὑγρανθὲν ἢ ξηρανθὲν ἀμέτρως εἰς ὅσον δύσκρατον ἐγένετο, καὶ τοὺς σφυγμοὺς εἰς τοσοῦτον ἀμυδροὺς ἀποτελεῖ. καὶ τοῦτο μέν ἐστιν αὐτῷ βεβλάφθαι τὴν δύναμιν· τὸ δὲ ὁμιλεῖν ἤτοι τῷ περιεχομένῳ κατὰ τὰς κοιλίας ἑαυτῆς αἵματι καὶ πνεύματι θερμοτέρῳ πολὺ τοῦ κατὰ φύσιν, ἢ τῷ κατὰ τὸ περικάρδιον σκέπασμα, ἢ τὸν πνεύμονα, ἢ καὶ αὐτῷ τῷ περικαρδίῳ καὶ τῷ πνεύμονι, τὴν χρείαν ἐστὶ μόνον ὑπηλλάχθαι χωρὶς τοῦ

praeterivimus. Hoc loco, quia ad exacte intelligenda ea quae poſthac docebimus hanc refert noſſe, viſum mihi eſt illam exponere; neque hic tamen cum ſuis demonſtrationibus, quippe alio eam loco proſecuti latius ſumus, ſed quantum ſummatim explicatum ad inſtitutum noſtrum conducat.

Cap. IV. Facultatis eſſentia ſingularum partium in ſingularum illarum poſita commodo temperamento eſt; nam tum demum ſuum quaeque munus obit ſtrenue, ubi ſit temperatiſſima; contra male fungitur, ſi intemperata ſit, atque hactenus male quatenus ſit intemperata. Ad eundem modum cordis corpus, quum immodice refrigeratum ſit, calefactum, humectatum, exiccatum, pulſus pro ſuae intemperiei modo facit languidos; id quod illi eſt offenſam facultatem eſſe. At vero conſuetudinem habere cum ſanguine contento in illius ſinibus, et cum ſpiritu qui calidior longe ac naturalis ſtatus requirit ſit, aut cum eo qui in involucro cor ambiente eſt, vel in pulmone, aut cum ipſo etiam involucro cor ambiente et pulmone, uſum eſt tantum variaſſe

βεβλάφθαι τὴν δύναμιν. ὡσαύτως δὲ κἂν τῷ κατεψῦχθαί τε καὶ ψύχεσθαι κατὰ μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἐπικρατοῦντος ἐν τῇ κράσει τοῦ ψυχροῦ στοιχείου βλάβη τῆς δυνάμεως, κατὰ δὲ τὸν περικάρδιον χιτῶνα καὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὸ κατὰ τὰς κοιλίας αὐτῆς αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χρείας ἔκλυσις, αἱ δ' ὑγρότητες καὶ ξηρότητές αἱ μὲν κατ' αὐτὸ τῆς καρδίας τὸ σῶμα βλάβαι τῆς δυνάμεώς εἰσιν, αἱ δὲ κατά τι τῶν ὁμιλούντων οὐκ ἐξαλλάττουσι τὴν χρείαν. αἱ μὲν γὰρ εὐκρασίαι κατὰ τὰ τέτταρα γίνονται στοιχεῖα, αἱ δὲ τῆς χρείας ἐπιτάσεις τε καὶ ἀνέσεις ἐν τῷ θερμῷ καὶ ψυχρῷ μόνοις. ὅταν οὖν εἰς ἔσχατον ἐκλύσεως ἥκῃ τὰ τῆς χρείας, ἐψυγμένων ἰσχυρῶς τῶν ὁμιλούντων τῇ καρδίᾳ σωμάτων, ἀνάγκη πᾶσα καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς καρδίας ἴσχειν δυσκράτως, ὅπερ ἐστὶν οὐδὲν ἄλλο τοῦ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστοτέραν γίνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτ' ἔλεγον ἀδύνατον εἶναι τῆς ψύξεως ἁπλῶς εἰπεῖν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ μόνῃ καταπτώσει δυνάμεως, ἢ ὀργάνων σκληρότητι μόνῃ, γίνεταί ποτε μικρότερος ὁ σφυγμὸς, οὕτω καὶ διὰ κατάψυξιν μόνην, ὡς

citra offenſionem facultatis. Eandem habet rationem refrigeratum eſſe et refrigerari; ubi in ipſo cordis corpore temperando praepolleat elementum frigidum, laeditur facultas; ſin in tunica cor ambiente, et in pulmone, et ſanguine, ſpirituque, quos ejus ventriculi continent, uſus eſt remiſſio. Jam humiditates et ſiccitates ſi in ipſo corpore cordis conſiſtant, nocent facultati; ſi in quopiam vicino, non immutant uſum, ſiquidem proba temperies et intemperies ex quatuor fiunt elementis; uſus vero acceſſiones vel remiſſiones ex calido et frigido duntaxat. Ubi jam ad ultimam uſus exolutionem deveniat, corporibus vicinis cordi vehementer refrigeratis, non poterit etiam cordis corpus non intemperatum eſſe; id quod nihil eſt aliud quam debiliorem fieri facultatem. Quamobrem dicebam fieri non poſſe ut de frigiditate uno ver'o pronuntiarem. Neque ut ſola proſtratione facultatis vel induratione ſola inſtrumentorum, pulſus interdum minor fit, ita etiam ob ſolam frigiditatem,

εἴρηται νῦν, οὐ τῆς καταψύξεως ἀκουομένης ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν χρείαν ἐκλύσεως· οὐ γὰρ ἐνδέχεταί ποτε τὴν καρδίαν εἰς τὸ καταψύχεσθαι μὲν σφοδρῶς ἀφῖχθαι, μὴ κατεψῦχθαι δὲ καὶ αὐτήν. ἐναργέστατα δ᾽ ἂν ὃ λέγω μάθοις, εἰ πειραθείης ποτὲ τῶν ἐν ὁδοιπορίαις ἀποθνησκόντων ἐπὶ κρύει καρτερῷ. πάντες μὲν γὰρ εὐθέως ἅμα τῷ ψυχρὸν ἐκπνεῖν τὸν ἀέρα καὶ τὸν σφυγμὸν ἴσχουσι μικρότερον, οὐ μὴν μικρότατόν γε οὐδεὶς αὐτῶν ἴσχει, πρὶν εἰς ἔσχατόν γε ἀφικέσθαι καταψύξεως, ἡνίκ᾽ οὐ μόνον ἡ χρεία τέτραπται τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρχεν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἡ δύναμις ἀῤῥωστεῖ, μηκέτι φυλαττομένης ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς φυσικῆς εὐκρασίας. καὶ ἀθρόως γε τοῦτ᾽ αὐτοῖς εἴωθεν ὡς τὸ πολὺ συμβαίνειν, οὐ κατὰ βραχὺ, καθάπερ ἐν ἄλλαις διαθέσεσιν, ὧν ἐστι μία καὶ ἡ νῦν προκειμένη, καθ᾽ ἣν ἅμα τε μικρὸς ὁ σφυγμὸς φαίνεται καὶ στενὸς καὶ ταπεινὸς ἐν νοσήμασι χρονίοις. οἱ γὰρ οὕτω διακείμενοι τὸν μὲν κίνδυνον οὐχ ἧττον ἐφεδρεύοντα τῶν ἐν ὁδοιπορίαις ἔχουσιν, οὐ μὴν ἐξαίφνης γε μικρὸς αὐτοῖς ὁ σφυγμὸς, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ γίνεται μαραινομένοις· ἓν γὰρ

quomodo nunc diximus, non accepta refrigeratione pro ufus exolutione; neque enim eo unquam cor, ut refrigeretur vehementer, deveniat, nifi fit ipfum refrigeratum. Quod dico intelligas clariffime, fi eos qui in itinere ex ingenti frigore obeunt confideres, omnes enim fimul ut frigidum exfpirant aerem, pulfum quoque minorem habent; minimum tamen illorum prius nullus quam ad extremam refrigerationem fit perductus obtinet, ubi non tantum ufus eft immutatus generandorum pulfuum, quod aderat ipfis a principio, verum etiam, quia perditur jam naturale cordis temperamentum, debilitatur facultas; id quod folet plerumque iis fubito accidere, non ut in aliis affectibus, paulatim; de quibus eft unus, quem hoc loco habemus in manibus, per quem pariter et longus pulsus apparet et anguftus humilisque in longis morbis. Qui enim ita habent, in periculum hi non minus praefens veniunt quam illi qui in itinere decedunt; non repente his tamen parvus pulfus, fed pedetentim venit marcescentibus; unum enim et hoc genus eft

καὶ τοῦτ᾽ εἶδός ἐστι μαρασμοῦ τὸ πρὸς τοῦ Φιλίππου καλούμενον γῆρας ἐκ νόσου. ὥς ὅ γε περιφρυγὴς μαρασμὸς οὐ διὰ ψύξιν, ἀλλὰ δι᾽ ἀῤῥωστίαν μόνην δυνάμεως ἀσθενεῖς καὶ μικροὺς ἀποτελεῖ τοὺς σφυγμούς. [250] *διορίζεται δὲ τοῦ προτέρου τῷ τε τάχει τῆς κινήσεως καὶ τῇ πυκνότητι καὶ τῇ σκληρότητι καὶ τῷ πυρώδει τῆς θερμότητος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος λόγου διελθεῖν· ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐπάνειμι. ὁ μικρὸς καὶ στενὸς καὶ ταπεινὸς σφυγμὸς ὁ ἐπὶ πλέον ἐξεστηκὼς τοῦ κατὰ φύσιν ἐν ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν, ἐπειδὰν μὲν ἄνευ σκληρότητος φαίνηται τοιοῦτος, ὑπὸ τίνων γίνεται καὶ πόσων αἰτίων αὐτάρκως διῄρηται· ἐπειδὰν δὲ μετὰ σκληρότητος, εὐθὺς μὲν καὶ ταύτῃ σύνεστιν ἤτοι γ᾽ ὁ ἀμυδρὸς σφυγμὸς ἢ ὁ μέσος ἀμυδροῦ καὶ σφοδροῦ, ὁ μήτ᾽ ἀνατρέπων τὴν ἁφὴν μήτ᾽ ἀνατρεπόμενος ὑπ᾽ αὐτῆς, μεμνημένων γε ἡμῶν ὡς καθ᾽ ἕτερον τρόπον οὐδείς ἐστι μέσος ἀμυδροῦ καὶ σφοδροῦ· δηλοῦται δ᾽ ἐπικρατεῖν ἐν τῷ σώματι διάθεσις ἡ σκληρὰν ἀποτελοῦσα τὴν ἀρτηρίαν. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἤτοι ξηρότης, ἢ πῆξις ὑπὸ ψύξεως, ἢ τάσις· ξηρότης μὲν ἐν τοῖς καυσωδεστάτοις πυρετοῖς, ὅταν κακοήθως χρονί-*

marcoris quod Philippus fenium ex morbo appellat. Nam non ex frigiditate torridus marcor, caeterum ex facultatis fola imbecillitate imbecillos pulfus et parvos creat. Separatur a priore motus velocitate et crebritate et duritie calorisque fervore. Verum de his non eft hujus difputationis differere, fed ad inftitutum revertor. Longus, anguftus humilisque pulfus, quum longius a natura trinis dimenfionibus difcefferit, fi talis citra duritiem appareat, a quibusnam procedat et quot caufis abunde aperuimus. At ubi cum duritie conjunctus eft, una jam hic adeft vel languidus pulfus, vel medius inter languidum et vehementem, qui nec evertat tactum nec ab eo evertatur, ut memores fimus nullum alioquin inter languidum et vehementem medium effe; declaratur autem in corpore is affectus effe qui reddit arteriam duram. Haec eft ficcitas, vel conftrictio a frigore, vel tenfio. Siccitas quidem in ardentiffimis febribus, ubi maligne producuntur, et prae-

σωσιν, καὶ μάλιστα τῷ περιφρυγεῖ μαρασμῷ καί τισιν εἴδεσι μελαγχολικῶν τε καὶ τεταρταίων πυρετῶν· πῆξις δ' ἐκ ψύξεως ἐπί τε τοῦ ψυχροῦ πόσεσιν ἀκαίροις ἢ ἀμέτροις, ἢ λουτροῖς ὁμοίοις, ἐπί τε ταῖς ψυχούσαις ὀπώραις ἀκαίροις ἢ ἀμέτροις, ἢ ὅλως ὅσα τὸ ψυχρὸν φλέγμα γεννᾷν πέφυκεν ἱκανῶς, ὅν περ ὑαλώδη χυμὸν ὁ Πραξαγόρας ὀνομάζειν εἴωθεν· τάσις δὲ κατά γε τὰς σπασμώδεις διαθέσεις καὶ τὰς μεγάλας φλεγμονάς. ἐν δὲ τοῖς σκίῤῥοις καὶ πῆξις καὶ τάσις γίνεται τῶν ἀρτηριῶν. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἐφ' ἥπατι μάλιστα καὶ σπληνί. ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς σπλάγχνοις οἱ σφυγμοὶ σαφέστατα καὶ συνεχέστατα σκληροὶ φαίνονται, μάλιστα μὲν σκιῤῥουμένοις, ἤδη δὲ κἂν ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς. ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα πάθη καὶ διὰ τῆς ἁφῆς ἔστι γνωρίσαι καὶ δι' οὔρων καὶ διαχωρημάτων καὶ τοῦ χρώματος, ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ τῆς γλώττης, ἤδη δὲ καὶ διὰ τῆς ἰδέας τῶν πυρετῶν· ὅσαι δ' ἄλλαι διαθέσεις τὸν σφυγμὸν σκληρὸν ἀποτελοῦσιν, αἱ μὲν ἐξ ἁμαρτημάτων προσφάτων ἐξαιφνίδιον ἴσχουσι τὴν γένεσιν, αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι κατὰ βραχύ. τὰ δ' ἁμαρτήματα τὰ τὰς τοιαύτας

cipue ex torrido marcore certisque melancholiae et quartanae febris generibus. Conſtrictio ex frigore fit per frigidae intempeſtivum potum et immodicum, vel per balneas ſimiles, ex refrigerantibus item pomis intempeſtive ingeſtis vel praeter modum; denique ex iis quaecunque multum ſolent frigidae pituitae gignere, quem Praxagoras vitreum ſuccum ſolet appellare. Tenſio ex convellentibus affectibus et ingentibus inflammationibus. Ex ſcirrhis vero conſtrictio arteriarum atque tenſio naſcitur, quod quidem accidit potiſſimum ex jecinore et liene; ex his enim viſceribus pulſus apertiſſime videntur et perpetuo duri, ſcirrho praeſertim affectis; et vero etiam in magnis inflammationibus. Sed tactu ejusmodi affectus deprehendentur, et per urinas, et alvi excrementa, per univerſi corporis denique colorem et linguae; jam etiam per febrium genus. Qui porro alii corporis affectus pulſum creant durum, partim originem ex recentibus offenſionibus repentinam trahunt, reliqui omnes pedetentim. Offenſiones quae inducunt ejuscemodi

ἐργαζόμενα διαθέσεις οἴνου πόσις ἄκαιρός ἐστι καὶ ψυχροῦ, πολλάκις δὲ καὶ ὀπῶραι ψύχουσαι καὶ ψυχρὸν λουτρόν. διαγνώσῃ δὲ τὴν μὲν ἀπ᾽ οἴνου βλάβην, ὅταν ἐξαιφνίδιον ὁ σφυγμὸς μὴ μόνον ᾖ σκληρὸς, ἀλλὰ καὶ μείζων καὶ θάττων γένηται καὶ σφοδρότερος, τὰς δὲ ἄλλας κοινῇ μὲν ἁπάσας οἴνου διακρινεῖς τῷ μήτε μέγεθος αὐταῖς προσγίνεσθαι μήτε σφοδρότητα μήτε τάχος, ἰδίᾳ δ᾽ ἑκάστην ἔστιν ὅτε μὲν ἐπιφανεστέρως, ἔστιν ὅτε δὲ ἀμαυροτέρως τε καὶ στοχαστικωτέρως· ἐπιφανεστέρως μὲν, ὅταν καὶ σύμπτωμά τι συμπαρέπηται τῶν ὀπώραις ἕπεσθαι πεφυκότων, λέγω δὲ ἐμφύσωσιν γαστρὸς, ἢ δῆξιν διαφθαρέντων, ἢ θλίψιν τινὰ κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ παραφροσύνην, ὡς ἐπὶ ταῖς οἰνώδεσιν ὀπώραις, ἢ ἔμετον, ἢ διαχώρησιν ὑγροτέραν τε καὶ πλείονα. ταῦτα μέν γε οὐδὲ διὰ σημείων, ἀλλ᾽ ἄντικρυς αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῶν ἐδηδεσμένων ἐνδείκνυται. ὅταν δὲ μήτε τούτων τι παρῇ μήτε τῶν ἀπ᾽ οἴνου σημείων, ὕδωρ ψυχρόν ἐστι τὸ τὴν βλάβην ἐργασάμενον ἤτοι ποθὲν ἢ οὐ προσηκόντως ἐν αὐτῷ λουσαμένοις. εἰς δὲ τὴν ἀσφαλεστέραν ἐπὶ τούτων ἁπάντων ἀπόφασιν οἱ τῶν φοβουμένων τε καὶ ἀγωνιώντων σφυγμοὶ μέγιστον γνώρισμα.

affectus ſunt vini potio intempeſtiva et frigidae, ſaepe etiam poma refrigerantia et frigidum balneum. Deprehendes noxam a vino illatam, quum ſubito pulſus non durus modo ſit, ſed major etiam et celerior et vehementior. Caeteras a vino in communi diſcernes, quod nec magnitudinem adjunctam nec vehementiam nec celeritatem habeant; ſingulas ſeorſum nunc clarius, nunc obſcurius et per conjecturam. Clarius, ubi ſymptoma aliquod conſequatur, quod pomis ſolet ſuccedere, inflatio ventris inquam, aut mordicatio corruptorum, aut ſtomachi aliqua compreſſio, aut delirium, ut a pomis vinoſis, aut vomitus, aut alvi dejectio humidior et largior. Haec ſcilicet non per ſigna, ſed ipſam aperte demonſtrant ſubſtantiam comeſtorum; quod niſi horum quid adſit, nec a vino ſignorum, aqua frigida eſt quae offendit vel pota vel intempeſtive in ipſa lotos. At vero ut haec ſecurius omnia confirmare poſſis, metuentium et angore correptorum pulſus magno indicio

καὶ εἰ τοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν ὕστερον ἐπά(125)γοις ἀεὶ τοῦτο, ὅτι ἠτάκτησεν ἡ νόσος, βεβαιοτέραν τε καὶ θαυμασιωτέραν ἐργάζεται τὴν πρόῤῥησιν, ὥστ᾽ ἐνίοτε τοὺς ἀκούοντας ἀπιστεῖν καὶ νομίζειν οὐκ ἐκ τῶν σφυγμῶν εἰρῆσθαί τι τῶν τοιούτων, ἀλλ᾽ ἐξαγγείλαντός τινος τῶν εἰδότων τὸ πλημμεληθὲν τῷ κάμνοντι. χρὴ δὲ προαψάμενον ἀκριβῶς τῶν σφυγμῶν, [251] εἶτα τὸ φανὲν ὑπὸ τῶν σημείων ἀποφηνάμενον ἅπτεσθαι πάλιν ἐπισκοπούμενον εἰ τετάρακταί πως ὁ κάμνων. εἰ μὲν γὰρ ὅλως μὴ ταραχθείη, σκόπει μή τινα τῶν προειρημένων γνωρισμάτων ἢ παρέλιπες, ἢ ὀρθῶς οὐκ ἐπεσκέψω· εἰ δὲ ταραχθείη καί σοι δόξειεν ἀγωνιᾷν, ἢ φοβεῖσθαι, μὴ παραχρῆμα πίστευε τῷ σημείῳ, πολλάκις γὰρ οὐχ ὑπὸ τοῦ συνειδέναι τοιοῦτόν τι πεποιηκόσιν ἑαυτοῖς οἱ κάμνοντες ἀγωνιῶσιν, ἀλλὰ φύσει πως ὄντες εὐπτόητοι. τούτοις μὲν ὀλίγον ὕστερον ὁ σφυγμὸς καθίσαται, τοῖς δὲ ὄντως ἐργασαμένοις εἰς ὅσον ἂν ἀποφαίνηταί τι περὶ αὐτοῦ, εἰς τοσοῦτον καὶ ὁ τοῦ φόβου σφυγμὸς ἴδιος ὑπάρχει. πάντα δὲ τὰ εἰρημένα νῦν ἁμαρτήματα τῶν καμνόντων ἤτοι τὰς φλεγμονὰς,

ſunt. At ſi prius dictis poſtea hoc ſemper addas, aegrotum aliter ac praeſcriptum ſit feciſſe, magis confirmatam praeſtabis, et ſuſpiciendam praedictionem, ut ſubinde fidem aſtantes non habeant, nec ex pulſibus credant tale quid dictum eſſe, ſed conſciorum aliquem detuliſſe aegroti peccatum. Tangendi autem accurate ſunt pulſus, deinde quod indicant ſigna, proferendum: ac tum denuo ſunt tangendi, animadvertendumque, ecquid aegrotus commotus ſit. Qui ſi omni ſit perturbatione liber, vide nunquid commemoratorum ſignorum aut omiſeris, aut parum probe perpenderis. Si vero ſit perturbatus atque videatur angi, vel vereri, cave mox ſigno adhibeas ſidem; frequenter enim ſit ut non, quo conſcii ſibi talis admiſſi ſint, angantur aegroti, ſed quod ita fere ſint comparati ut ſtatim expaveſcant; at his mox pulſus conſiſtit. Qui vero plane in culpa ſunt, quam tu diu de eo confirmes quicquam, tam diu metus proprius pulſus apparet. Atque peccata quae hactenus expoſuimus omnia aut inflammationibus, aut ſcirrhis,

ἢ τοὺς σκίῤῥους, ἢ τὰς ξηρότητας, ἢ τὰς διὰ τὴν ψύξιν πήξεις τῶν σπλάγχνων ἐπιτείνοντα τὴν ἀλλοίωσιν οἵαν εἰρήκαμεν ἐργάζεται· κατὰ δὲ τὴν τῶν νεύρων ἀρχὴν εἴ τι τούτων ἀποτελεσθείη, τὴν σπασμώδη διάθεσιν ἐργάζεται. καλῶ δ' ἐκείνας τὰς διαθέσεις ὅσαις ἐξ ἀνάγκης πρὸ τοῦ θανάτου σπασμῶδές τι γίνεται σύμπτωμα. καὶ ἀποθνήσκουσί γε οἱ τοιοῦτοι πάντες ἔτι θερμοὶ, ἔμπαλιν τοῖς συγκοπτομένοις. οὗτοι μὲν γὰρ ἱκανῶς ὄντες ἤδη ψυχροὶ ζῶσιν ἔτι· οἷς δ' ἡ σπασμώδης διάθεσίς ἐστιν ἐν τῇ τῶν νεύρων ἀρχῇ, νεκροὶ κείμενοι παντάπασιν ἐπιπλεῖστον διαμένουσι θερμοί. εἰσὶ μὲν τῶν τοιούτων ἁπάντων οἱ σφυγμοὶ τῷ γεγυμνασμένῳ τὴν ἁφὴν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τήν τε τάσιν ἐνδεικνύμενοι καὶ τὴν οἷον σπασμώδη κίνησιν ἐμφαίνοντες. εἰ δέ τισι τῶν τὸν προειρημένον ἐχόντων σφυγμὸν αἱ διαχωρήσεις γένωνται πολλαὶ, συμβαίνει δὲ τοῦτο μάλιστα κατὰ τοὺς σκίῤῥους τοῦ ἥπατος, οὐκ ἔτι τούτοις ὁ σφυγμὸς μακρός ἐστιν, ἀλλ' ἤτοι τῷ κατὰ φύσιν ἐν τῷ μήκει παραπλήσιος ἢ καὶ βραχύτερος ἔτι. καὶ μὴν καὶ τοῦτο περὶ ἁπάντων τῶν σκληρῶν τε ἅμα καὶ μικρῶν σφυγμῶν ἐπίστασθαι καλὸν, ὡς κλονώδεις

aut ſiccitatibus, aut viſcerum per frigiditatem conſtrictionibus augendis, alterationem quam diximus inducunt. Nervorum vero originem ſi quid occupet tale, affectum convulſivum creat: ſic appello illos affectus, qui ante mortem neceſſario convulſionis aliquod habent ſymptoma. Qui quidem moriuntur omnes etiam calidi, contra ac illi qui corripiuntur ſyncope; hi enim vehementer etiam frigidi vivunt adhuc. Quibus vero nervorum propaginem occupavit convulſivus affectus, quum plane jam expiraverunt, diutiſſime permanent calidi. Horum pulſus omnium ſtatim primo occurſu exercitatis in tangendo tenſionem produnt, et motum veluti convulſivum detegunt. Quod ſi quis, cui commemoratus pulſus eſt, ab alvo plura dejiciat, id quod evenit ex jecinoris ſcirrhis, non amplius hi habent pulſum longum, ſed aut moderato aſſimilem longitudine, aut etiam breviorem. Jam hoc quoque in omnibus duris pulſibus pariterque parvis operae pretium eſt noſſe; citiſſime vibratos eos

γίνονται τάχιστα, καὶ ὡς ὅσοι γ᾽ οὐκ εἰσὶ κλονώδεις, ἤτοι δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῆς ζωτικῆς δυνάμεως, ἢ δι᾽ ἔκλυσιν τῆς χρείας, ἢ δι᾽ ἄμφω συνελθόντα τὴν τοιαύτην κίνησιν οὐ προλαμβάνουσιν. ὡς ὅταν γε καὶ ἡ χρεία δέηται μεγάλης διαστολῆς, καὶ ὁ τόνος ὁ ζωτικὸς ἐργάζεσθαι δύνηται, μόνον δ᾽ ἀντιλέγῃ τὸ σῶμα τῆς ἀρτηρίας, ὑπὸ σκληρότητος ἀδυνατοῦν εἰς μεγάλην ἐξαίρεσθαι διαστολὴν, ὁ κλόνος ἐν τῇ τοιαύτῃ καταστάσει γίνεται· ἄλλως δὲ ἀμήχανον γενέσθαι κλονώδη κίνησιν ἀρτηρίας. ὥστε καὶ ὁ προκείμενος σφυγμὸς ἄκλονος μὲν φαινόμενος ἢ ἀῤῥωστίαν ἐσχάτην τῆς δυνάμεως, ἢ τῆς χρείας μεγίστην ἔκλυσιν ἐνδείκνυται, κλονώδης δὲ γενόμενος εὐθὺς μὲν καὶ τόνου τι προειληφέναι δηλοῖ τὴν δύναμιν, εὐθὺς δὲ καὶ τὴν χρείαν τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως οὐκ εἰς ἔσχατον ἐκλελύσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ μικρότητος οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ἥκει, ὥσπερ ὁ προκείμενος σφυγμὸς ἥκειν ἐλέγετο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ καὶ χωρὶς κλόνου μακρότερος μὲν εἴη τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς, στενώτερος δὲ καὶ ταπεινότερος, οὐ μὴν ἐπὶ πλεῖστόν γε καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἀποκεχωρηκὼς τοῦ κατὰ φύσιν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον ἐπισκέπτεσθαι προσήκει, πότερα

effici; et qui vibrati non ſunt, vel ob vitalis facultatis imbecillitatem vel ob remiſſionem uſus, vel amborum concurſum non recipere illos eum motum. Nam ſiquidem uſus magnam diſtentionem poſtulet, facultasque vitalis efficere valeat, ſed unum refragetur corpus arteriae, quod attolli in magnam diſtentionem per duritiem nequeat, vibratio in eum ſtatum incidit. Nulla praeterea ratione fiat arteriae vibratus motus. Quocirca hic pulſus, qui videtur vibratione vacare, aut extremam imbecillitatem facultatis, aut exolutionem uſus declarat maximam. At vibratus ſi ſit, contentionis continuo nonnihil annunciat facultatem obtinere, nec pulſuum uſum generandorum ſemel eſſe exolutum; nec vero devenit ad maximam parvitatem, ſicuti diximus propoſitum pulſum facere. Ad eundem modum, ſi pulſus citra vibrationem longior juſto ſit anguſtiorque et humilior, non longiſſime tamen a natura in ſingulis his receſſerit, ſed aliquantum, attendendum eſt durusne ſit et non vibratus, aut

σκληρὸς ὢν οὐκ ἔτι κλονώδης, ἢ ὅλως οὐ μετέχει σκληρότητος. εἰ μὲν γὰρ σκληρὸς ὢν ἄκλονος εἴη, ψύξιν, ἢ ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἢ τὸ συναμφότερον ἐνδείκνυται, διορίζεσθαι δ᾽ ἐκ τῶν παρεπομένων· ὅτῳ μὲν γὰρ ἐπὶ καταψύξει μόνῃ τοιοῦτος ὁ σφυγμός ἐστιν, εὐθὺς καὶ βραδύτης αὐτῷ καὶ ἀραιότης συνυπάρχει· ὅτῳ δ᾽ ἐπ᾽ ἀσθενείᾳ δυνάμεως, ἡ ἀμυδρότης ἀχώριστος. ἀλλ᾽ εἰ μὲν τὰ τῆς χρείας ἄτρεπτα διεφυλάττετο, τοσούτῳ τοῦ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς ἔσται θάττων τε καὶ πυκνότερος ὅσον ἡ μικρότης ἐξετράπετο τοῦ συμμέτρου. εἰ δ᾽ ὅσῳ περ ἡ δύναμις ἀῤῥωστοτέρα, τοσούτῳ καὶ ἡ τῆς χρείας ἔκλυσις, ὅμοιος τῷ κατὰ φύσιν ὁ σφυγμὸς φανεῖται κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς διαφορὰς [252] καὶ οὔτε θάττων οὔτε βραδύτερος, οὔτε πυκνότερος οὔτε ἀραιότερος· εἰ δὲ θάτερον ὑπερέχει, κατὰ τὴν τῆς ὑπεροχῆς ἀναλογίαν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. εἰ δὲ ἅμα τε σκληρὸς εἴη καὶ κλονώδης, τὰς μὲν αὐτὰς ἐνδείξεται διαθέσεις ὑφ᾽ ὧν ἔμπροσθεν ἐλέγομεν ἀποτελεῖσθαι τὸν σκληρὸν σφυγμὸν, οὐ μὴν οὔτε ἄτονον, ὡς ἐπ᾽ ἐκείνων τὴν δύναμιν, οὔτε ἐκλελύσθαι τὴν χρείαν· εἰς ὅσον δὲ ἑκάτερον αὐτῶν βεβλαμμένον, ἐπὶ μὲν τῆς δυνάμεως ἡ κατὰ

plane duritie liber fit; fi enim durus fit, fed absque vibratione, frigiditatem, vel facultatis imbecillitatem indicat, vel utramque fimul. Haec difcernito ex confequentibus; nam cui talis pulfus ex fola refrigeratione fit, ftatim adjunctam tarditatem habet raritatemque; cui ex imbecillitate facultatis, fociam fibi remiffionem habet. Quod fi jam ufus conftet immotus, tanto erit pulfus celerior naturali et crebior quantum a modo deflexerit parvitas. Sin autem quo facultas fit imbecillior, eo exolutior ufus fit, pulfus effe fimilis in utraque differentia moderato videbitur, nec celerior, nec tardior, vel crebrior, vel rarior; at fi excedat alterum, pro exceffus ratione, ficut ante eft dictum, fi vero fimul et durus et vibratus fit, fignificabit eosdem affectus a quibus diximus fupra durum pulfum conftitui, verum non imbecillam facultatem tamen, ut in illis, neque exolutum ufum. Quanta vero utriusque fit noxa in facultate, declarabit ve-

Ed. Chart. VIII. [252.] Ed. Bas. III. (125.)

σφοδρότητά τε καὶ ἀμυδρότητα δηλώσει διαφορὰ σὺν τῷ ποσῷ τοῦ κλόνου, ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἡ κατὰ τάχος τε καὶ πυκνότητα, κἀνταῦθα σὺν τῷ ποσῷ τοῦ κλόνου, τὰ δ' ἄλλα ἐκ τῶν προειρημένων συντεκμαίρεσθαι· ὡσαύτως δὲ κἂν μήτ' ὀλίγῳ μήτε πολλῷ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίστηται κατὰ τὰς τρεῖς διαφορὰς, ἀλλὰ μετρίως πως καὶ μέσως, ἐκ τῶν εἰρημένων διαιρεῖσθαι. πολλάκις δ' ἐπὶ τῶν τοιούτων σφυγμῶν, λέγω δὲ τῶν ὀλίγῳ τινὶ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς μῆκός τε καὶ στενότητα καὶ ταπεινότητα τὴν μεταβολὴν ἐσχηκότων, οὐ μόνον οὐδέν τι φαίνεται σκληρότητος, ἀλλὰ καὶ μαλακότης αὐτοῖς σύνεστιν ἐπιφανής. καὶ γίνεται μὲν καὶ τῇδε διὰ τὰς αὐτὰς κατὰ γένος αἰτίας, ἐξαλλάττεται δὲ τῷ ποσῷ καθ' ἑκάστην. εἴτε γὰρ διὰ τὴν τῆς δυνάμεως ἀσθένειαν ἐλάττων ὁ σφυγμὸς ἀποτελοῖτο τοῦ συμμέτρου, μείζων ἡ βλάβη δηλοῦται τῆς δυνάμεως, εἴτε διὰ τὴν τῆς χρείας ἔκλυσιν, ἐπιπλέον ἥκειν καὶ ταύτην κακώσεως. εἰς ὅσον γὰρ ἡ μαλακότης τοῦ χιτῶνος ἑτοιμοτέρα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς ἐστιν, εἰς τοσοῦτο τὴν μικρὸν ἐργαζομένην τὸν σφυγμὸν αἰτίαν ἐπιτετάσθαι δηλώσει. τῆς μὲν οὖν κατὰ τὴν δύναμιν ἀῤῥωστίας τὸ ποσὸν

hementiae et remissionis differentia, una cum quantitate vibrationis, in usu vero differentia celeritatis et crebritatis cum vibrationis item quantitate. Reliqua ex ante dictis etiam conjicito. Haud aliter si non paulum, nec multum tribus differentiis a natura recedat, sed sic mediocriter et modice ex dictis discrimina notato. At saepe in eiuscemodi pulsibus, iis dico qui exiguam a natura in longitudinem, angustiam et humilitatem habent mutationem, non modo nihil animadvertitur duritiei, verum mollitie etiam praediti sunt insigni; id quod et huic accidit ob easdem genere causas: variatur autem quantitate in singulis. Sive enim propter facultatis imbecillitatem minor moderato pulsus fiat, facultatis ostenditur major offensio; sive propter exolutionem usus, majus et hujus esse vitium, quo enim tunicae mollities ad distentionis magnitudinem est promptior, hoc causam quae moliatur parvum pulsum declarabit esse majorem. Sane imbecillitas facultatis quam sit magna, satis

αὐτάρκως ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ ποσοῦ τῆς ἀμυδρότητος· ἐξ ἐπιμέτρου δ' ἂν εἴη καὶ τὸ νῦν εἰρημένον. ἡ δὲ τῆς χρείας ἔκλυσις εἰς ὅσον ἥκει κακώσεως ἐκ μόνων τῶν εἰρημένων σημείων εὑρίσκεται, περὶ ὧν εἰρήσεταί τι καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς, ὅταν ἐπιπλέκωμεν ἀλλήλοις τὰ γένη τῶν σφυγμῶν. νυνὶ γὰρ οὐ τοῦθ' ἡμῖν τὸ προκείμενον, ἀλλὰ περὶ τοῦ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς ἐγχειρήσαντες λέγειν ἠναγκάσθημεν ἐφάψασθαι καὶ τῶν ἄλλων. αὖθις οὖν ἐπὶ τὸ προτεθὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπανέλθωμεν, ἐπὶ τὰ λοιπὰ γένη μεταβαίνοντες. οὐδὲν γὰρ οἶμαι δεῖν ἔτι τοὺς ἄλλους ὁμοίως ἐπανέρχεσθαι σφυγμοὺς ἐκ τοῦ διαγράμματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον ἣν νῦν ἐπὶ τοῦ μακροῦ καὶ στενοῦ καὶ ταπεινοῦ πεποιήμεθα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου διορίζεσθαι, πρῶτον μὲν ἀποχωρίζοντας ὅσα διὰ τὴν τοῦ σώματος σχέσιν ἐξαλλάττονται κατὰ μῆκος, ἢ πλάτος, ἢ βάθος, ὡς μὴ μεγάλοι μόνον, ἢ μικροὶ φαίνεσθαι· δεύτερον δὲ τὰς αἰτίας ἐπισκεπτομένους δι' ἃς ἤτοι μείζονες τοῦ κατὰ φύσιν ἢ μικρότεροι γίνονται. περὶ μὲν δὴ τοῦ

ex quantitate remiſſionis apparebat; huc cumulus acceſſit quod nunc diximus. At uſus exolutio in quantum inciderit vitium, ex ſolis quae diximus ſignis invenitur; de quibus dicemus etiam inferius nonnihil, ubi connectemus mutuo pulſuum genera, in praeſentia enim hoc non inſtituimus, ſed quum exponere de genere quantitatis diſtentionis coepiſſemus, ſimul alia attingere ſumus coacti. Quare redeamus ad primum inſtitutum, ac ad reliqua genera tranſeamus, neque enim quod alios item ex tabella pulſūs percurramus, cauſam arbitror ullam eſſe; verum eadem ratione et via quam inſtituimus in longo, anguſto et humili, reliquos ſingulos explorabimus. Ac primum removebimus qui propter corporis habitudinem longitudine, vel latitudine, vel profunditate variant, ut non magni tantum, vel parvi videantur, deinde cauſas conſiderabimus per quas aut juſto majores fiunt, aut minores. Atque de genere pulſuum

κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς γένους τῶν σφυγμῶν αὐτάρκως εἴρηται πρός γε τὰ (126) παρόντα.

Κεφ. έ. Περὶ δὲ τῆς εἰς τάχος τε καὶ βραδύτητα μεταβολῆς αὐτῶν, ὅπερ ἰδιαίτατόν ἐστι γένος αὐτῆς τῆς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν, ἑξῆς ἂν εἴη ῥητέον. ἀρκτέον δὲ κἀνταῦθα πάλιν ἀπὸ τοῦ διαστείλασθαι τὴν ὁμωνυμίαν. λέγεται δὴ ταχὺς σφυγμὸς ὁ μὲν ὡς πρὸς τὸν σύμμετρον, ὁ δὲ ὡς πρὸς ὁντιναοῦν τὸν ἐπιτυχόντα. καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς ὁ σύμμετρος ὁ μὲν ἁπλῶς ἐστιν ὁ κατὰ τὴν ἀρίστην δηλονότι φύσιν, ὁ δὲ καθ᾽ ἕκαστον ἄνθρωπον ἀμέμπτως ὑγιαίνοντα. κρίνεται δ᾽ οὗτος ἐν τῇ πρὸς τὸν ἁπλῶς σύμμετρον παραβολῇ, καὶ διδάσκει τὴν κρᾶσιν ὁποία τίς ἐστιν. ὁ μὲν οὖν θάττων θερμοτέραν, ὁ δὲ βραδύτερος ψυχροτέραν ἐνδείκνυται τὴν κρᾶσιν. οὐ μὴν εὑρεῖν γ᾽ ἀκριβῶς ἔστι μόνην εἰς τάχος καὶ βραδύτητα μεταβολὴν οὔτ᾽ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν οὔτ᾽ ἐν [253] τοῖς οὐ κατὰ φύσιν ἔχουσι σώμασιν. ὁ γὰρ θερμότερος τῆς ἁπλῶς συμμέτρου κράσεως εἰ θάττονα φαίνοιτο τὸν σφυγμὸν ἔχων, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν ἔχει μείζονα,

quidem quod confiftit in quantitate diftentionis fatis in praefentia.

Cap. V. Pofthac de illorum in celeritatem et tarditatem mutatione, quod ipfius motus eft arteriarum genus in primis proprium, agemus. Porro fumendum hic quoque eft ad diftinguenda homonyma initium. Nam dicitur celer pulfus nunc ut cum moderato comparatur, nunc ut cum quolibet alio. Praeterea ipfe ille moderatus interdum abfolute dicitur, quem in optima confpicimus natura; interdum de unoquoque homine qui inculpata fit fanitate. Hic ex comparatione abfolute moderati exiftimatur, docetque quodnam fit temperamentum; ac celerior quidem calidius, tardior frigidius declarat temperamentum. Verum folam plane non eft invenire mutationem in celeritatem et tarditatem nec in fanis nec in affectis corporibus; nam qui calidiore eft temperamento quam fimpliciter moderatus, fi pulfum habere videatur celeriorem, eum habet ne-

ὅ τε τοῦ κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ σφυγμὸν κατά τινα καιρὸν ἔχων θάττονα καὶ μείζονα πάντως ἔχει. οὐ μὴν πυκνότερός γε οὐδέτερος αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης. ἐν γὰρ τῷ παραύξεσθαι τὴν θερμασίαν ἐπὶ πλέον ἡ πυκνότης αὐτοῖς προσγίνεται. τῷ τάχει τοίνυν ἐνίοτε μὲν καὶ τὸ μέγεθος, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἡ πυκνότης σύνεστι, ὥσπερ αὖ πάλιν ἐνίοτε πυκνότης μόνον, ὅταν ἀπολιπόντες τινὰ τὴν ἐνδεχομένην ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ μεγίστην διαστολὴν ἔχοντα, μετὰ ταῦτ᾽ ἐπανελθόντες εὕρωμεν ἴσον μὲν τὸ μέγεθος, ἐπιτεταμένον δὲ τὸ τάχος. ἐξ ἀνάγκης γὰρ τῷ τοιούτῳ καὶ ἡ πυκνότης συνεπιτέταται. εἰ δὲ ἐκλελυμένην τὴν χρείαν τῶν σφυγμῶν ἔχοντά τινα καταλιπόντες ἐπανελθόντες εὕροιμεν εἰς τάχος ἐπιδεδωκότα τὸν σφυγμὸν, οὐδὲ τότε μόνον εἰς τάχος ἐπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς πυκνότητα μὲν πάντως ἐγχωρεῖ καὶ εἰς μέγεθος, ἐπειδή περ ἡ τῆς χρείας ἔκλυσις εἰς ἀραιότητα μὲν ἐναργέστερον, ἐφεξῆς δὲ εἰς βραδύτητα, καὶ τρίτον εἰς μικρότητα τρέπει τὸν σφυγμόν. οὕτω δὲ καὶ αἱ εἰς βραδύτητα μεταβολαὶ τῶν σφυγμῶν αἱ μὲν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εὐθὺς καὶ εἰς ἀραιότητα τρέπονται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς μικρότητα, ὅταν ἐπιπλέον ἡ χρεία μεμείωται·

ceſſario etiam majorem; et cui pulſus eſt aliqua occaſione ſolito celerior, omnino etiam major eſt. Neuter tamen eſt horum neceſſario crebrior, ſiquidem crebritas illis ubi calor cumulatur copioſior accedit. Itaque cum celeritate modo magnitudo, modo etiam crebritas conjuncta eſt, atque etiam interdum ſola crebritas, quum aliquem praetereuntes, qui maximam quae eo tempore contingat diſtentionem obtineat, deinde reverſi parem offendamus magnitudinem, ſed celeritatem majorem, huic enim ſimul crebritatem neceſſe eſt increviſſe. Quod ſi quem relinquamus qui uſum habeat pulſuum exolutum, ac reverſi in celeritatem pulſum inveniamus auctum, tum non auctus tantum celeritate eſt, ſed et crebritate plane et magnitudine, quandoquidem uſus exolutio in raritatem clarius, deinde in tarditatem, poſtea in parvitatem, pulſum convertit. Et item quoque mutationes in parvitatem pulſuum partim ex moderato ſtatim in raritatem ſimul mutantur, ſubinde etiam in parvitatem, ubi

αἱ δ' ἐκ τῶν οὐ κατὰ φύσιν καταστάσεων αἱ μὲν ἐπὶ παρηυξημένῃ τῇ χρείᾳ, πολλάκις μὲν μετα τῆς εἰς μικρότητα τροπῆς, ἔστι δ' ὅτε μετὰ τῆς ἀραιότητος, καί ποτε μετὰ τῆς εἰς ἀμφότερα· αἱ δ' ἐπὶ μεμειωμένῃ τῇ χρείᾳ μεταβολαὶ τῶν σφυγμῶν εἰς βραδύτητα μετὰ ἀραιότητός τε καὶ μικρότητος γίνονται. αὗται μὲν αἱ πρῶταί τε καὶ ἁπλούσταται τροπαὶ τῶν σφυγμῶν εἰς τάχος καὶ βραδύτητα, καὶ τούτων αἰτίαι προηγούμεναί τε καὶ προκατάρχουσαι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον εὑρισκόμεναι ταῖς ἐπὶ μεγέθους τε καὶ μικρότητος εἰρημέναις. αἱ δ' ἐπίμικτοί τε καὶ σύνθετοι τροπαὶ μετὰ σφοδρότητός τε καὶ ἀμυδρότητος ἢ μαλακότητος συνίστανται. περὶ ὧν καὶ αὐτῶν ἐπισκέπτεσθαί τε καὶ διορίζεσθαι προσήκει κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον, ἣν ἐν τῷ περὶ τοῦ μακροῦ καὶ στενοῦ καὶ ταπεινοῦ λόγῳ διήλθομεν, ἕνεκα τοῦ γνῶναι διὰ τίνα τὴν αἰτίαν εἰς τάχος ἢ βραδύτητα τὴν ἀλλοίωσιν ὁ σφυγμὸς ἐποιήσατο. δυνατὸν μὲν γάρ ἐστιν, ὡς εἴρηται, διὰ τὴν χρείαν ἐπιταθεῖσαν εἰς τάχος ἐπιδοῦναι τὸν σφυγμὸν, οὐκ ἀδύνατον δὲ καὶ διὰ τὴν μαλακότητα τῆς ἀρτηρίας καὶ τὴν ἰσχὺν τῆς δυνάμεως. ἀλλ' ὅταν

amplius uſus ſit imminutus; partim ex ſtatibus non naturalibus nunc aucto uſu, ſaepe una cum mutatione in parvitatem, interdum cum raritate, nonnunquam cum mutatione in utramque, nunc diminuto uſu mutationes fiunt pulſuum in tarditatem cum raritate et parvitate. Habes primas et ſimpliciſſimas pulſuum mutationes in celeritatem et tarditatem, harumque cauſae antecedentes et externae eadem inveniuntur ratione atque illae quas de magnitudine et parvitate expoſuimus. Mixtae vero mutationes atque compoſitae cum vehementia et remiſſione, vel duritie, vel mollitie conſtant. Quae etiam examinandae ſunt atque diſcernendae eadem via rationeque, quam quum de longo, anguſto et humili diſputaremus, declaravimus, quo cognoſcamus quae cauſa ſit quamobrem in celeritatem, vel tarditatem pulſus variavit; poteſt enim, uti diximus ob uſum auctum pulſus in celeritatem creviſſe; poteſt etiam ob mollitiem arteriae et facultatis robur. Sed enim quum non

μὲν ἄτρεπτος ᾖ κατὰ μαλακότητα καὶ σκληρότητα καὶ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα, διὰ τὴν χρείαν μόνην ἡ ἀλλοίωσις· ὅταν δὲ καὶ μετὰ τούτων τινὸς, ἐπισκέπτεσθαί τε καὶ διορίζεσθαι προσήκει τὸ ἐπικρατοῦν αἴτιον, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, οἷον εὐθέως εἰ μετὰ τοῦ θάττων εἶναι μαλακώτερος φαίνοιτο, προσήκει σκοπεῖσθαι πότερον τοσούτῳ θάττων ὅσῳ μαλακώτερος, ἢ πλέονι. εἰ μὲν γὰρ ὅσῳ πέρ μαλακώτερος τοσούτῳ καὶ θάττων, ἐπὶ τῇ μαλακότητι μόνῃ τὴν ἀλλοίωσιν ἔσχεν· εἰ δὲ πλέονι θάττων ἢ μαλακώτερος, οὐκ ἐπὶ τῇ μαλακότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν χρείαν ἐπιταθεῖσαν. εἰ δ᾽ αὖ πλέονι μαλακώτερος ἤπερ θάττων, ὅσῳ πλέονι μαλακώτερος, τοῦτ᾽ ἐκ τῆς κατὰ μόνην τὴν χρείαν ἐκλύσεως ἀφηρέθη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ μετὰ τοῦ θάττων γενέσθαι καὶ σφοδρότερος γένοιτο, σκεπτέον εἰ τοσούτῳ θάττων ὅσῳ σφοδρότερος. οὕτω μὲν γὰρ ἂν ἡ ῥώμη μόνη τῆς δυνάμεως τοῦ τάχους αἰτία εἴη. εἰ δ᾽ ἔλαττον σφοδρότερος ἤπερ θάττων, ὅσῳ θάττων, τοῦτ᾽ ἐκ τῆς χρείας αὐξηθείσης προσῆλθεν. εἰ δὲ πλέονι σφοδρότερος ἤπερ θάττων, οὐχ ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ψύξις τις ἠλλοίωσε τοὺς

diverſus ſit mollitie, duritie, vehementia, remiſſione, ſolus mutationem uſus induxerit; at ſi cum horum aliquo, cauſa inquirenda et exploranda praepollens eſt, ſicut ante declaravimus. Exempli gratia ſi ſimul et celerior eſſe et mollior videatur, animadvertendun eſt tantone celerior ſit quanto mollior, an magis. Nam ſi quanto eſt mollior, tanto etiam celerior ſit, alterationem a ſola mollitie mutuavit; ſin multo celerior quam mollior, non a mollitie tantum, ſed et ab uſu aucto; contra ſi multo mollior quam celerior, quanto mollior eſt tantum detraxit ſolius uſus exolutio. Ad hunc modum ſi pariter celerior et vehementior ſit, num tanto celerior ſit quanto vehementior, conſiderandum eſt, ita enim celeritatis ſolum facultatis robur cauſa ſit; ſin celerior quam vehementior, quo celerior eſt, hoc de uſu aucto accepit; at ſi vehementior multo quam celerior, non robur tantum facultatis, ſed etiam frigiditas

σφυγμούς. εἰ δὲ θάττων τε ἅμα καὶ μαλακώτερος καὶ σφοδρότερος [254] φαίνοιτο, ἱκανῶς γεγυμνασμένου δεῖται, γνωσομένου πότερον τοσούτῳ θάττων ἐστὶ τοῦ κατὰ φύσιν ὅσον ἐξ ἀμφοῖν τῶν αἰτίων ἐγένετο, τῆς τε μαλακότητος καὶ τῆς εὐτονίας, ἢ οὐ τοσούτῳ. εἰ μὲν γὰρ τοσούτῳ, δι᾽ ἐκεῖνα μόνα τὴν ἀλλοίωσιν ἔσχεν· εἰ δὲ πλέονι, καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας ἐπίτασιν· εἰ δ᾽ ἐλάττονι, καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας ἔκλυσιν. οὕτω δὲ κἀπὶ τῆς εἰς βραδύτητα τροπῆς τῶν σφυγμῶν ἐπισκεπτέον εἴτε διὰ τὴν χρείαν μόνην ἐκλυθεῖσαν, εἴτε δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, εἴτε διὰ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἡ ἀλλοίωσις ἐγένετο. διὰ μὲν οὖν τὴν χρείαν μόνην εὔλογον ἠλλοιῶσθαι τὸν σφυγμὸν, ὅταν μήτε σκληρότερος εὑρίσκηται μήτ᾽ ἀτονώτερος· διὰ δὲ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ὅταν ὅσῳ περ ἀμυδρότερος, τοσούτῳ καὶ βραδύτερος. οὕτω δὲ καὶ διὰ τὴν σκληρότητα τῶν ὀργάνων, ἐπειδὰν ὅσῳ σκληρότερος τοσούτῳ καὶ βραδύτερος. εἰ μέντοι φαίνοιτο πλέονι τοῦ συμμέτρου βραδύτερος, ἐλάττονι δ᾽ ἀμυδρότερος, ἐξ ἀτονίας τε καὶ καταψύξεως ἐγένετο τοιοῦτος. καὶ τό γε δυναστεῦον ἐν αὐτῷ τῶν αἰτίων εὑρήσεις ἐκ τῆς πρὸς τὸν

aliqua alteravit pulſus. Si jam celerior ſimul et mollior vehementiorque appareat, ſingulari experientia opus eſt cognituro, utrum tanto celerior ſit moderato, quanta ex ambabus cauſis facta acceſſio eſt, ex mollitie et contentione, an non tanto. Nam ſi tanto, ob illa ſola eſt immutatus; ſi magis, acceſſit incrementum uſus; ſin minus, etiam propter uſum exolutum. Eadem ratio in pulſuum mutatione in tarditatem ineunda eſt, ex uſune dumtaxat exoluto, an ex imbecillitate facultatis, an ex duritie inſtrumentorum orta alteratio ſit. Ac ob uſum ſolum variatum fuiſſe probabile eſt pulſum, ſi quando nec durior nec imbecillior inveniatur, ob facultatis infirmitatem, ubi quanto languidior ſit, tanto etiam tardior, atque ob duritiem item inſtrumentorum, quum tanto ſit tardior quanto durior. Sin autem multo tardior moderato videatur quam languidior, in eum ſtatum ex imbecillitate et frigiditate incidit, cauſamque in eo exu-

κατὰ φύσιν τε καὶ σύμμετρον παραβολῆς. εἰ μὲν γὰρ ἡ ἀμυδρότης ἀριθμοῖς εἰ τύχοι πέντε τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίστασθαι φαίνοιτο, πέντε καὶ δέκα ἀριθμοῖς ἡ βραδύτης, ἐπικρατεῖν ἐν τῇ τοῦ τοιούτου σφυγμοῦ γενέσει τὸ ψυχρὸν αἴτιον, οὐ τὴν ἀτονίαν τῆς δυνάμεως αἰτίαν ὑποληπτέον· εἰ δὲ πεντεκαίδεκα μὲν ἀριθμοῖς ἡ βραδύτης φαίνοιτο, δέκα δ᾽ ἀριθμοῖς ἡ ἀμυδρότης, ἡ ἀτονία πλέον ἐν τῇ τοῦ σφυγμοῦ γενέσει δύναται τῆς ψυχρότητος· εἰ δ᾽ ἐλάττονι μὲν εἴη βραδύτερος, ἀμυδρότερος δὲ πλέονι, διά τε τὴν ἀτονίαν τῆς δυνάμεως καὶ προσέτι θερμότητα τοιοῦτος ἐγένετο. καὶ τό γε μέγεθος ἑκατέρου τῶν αἰτίων ἐκ τῆς κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὑπεροχῆς εὑρήσεις, μεμνημένων ἡμῶν ὡς ἅπαντα ταῦτα λέγεται τῆς ἐπικτήτου κινήσεως ἀφωρισμένης. ὡσαύτως δὲ κἀπειδὰν εἰς βραδύτητα τῆς τροπῆς γενομένης εὑρίσκηται τις σκληρότης, ἐπισκεπτέον εἴθ᾽ ὑπὸ μόνης τῆς σκληρότητος ἡ ἀλλοίωσις, εἴθ᾽ ὑπ᾽ ἀμφοῖν ἐγένετο. εἰ μὲν γὰρ ὅσῳ περ ὁ σφυγμὸς βραδύτερος ἐγένετο τοσούτῳ καὶ σκληρότερος φαίνοιτο, διὰ τὴν σκληρότητα μόνην ἡ ἀλλοίωσις, εἰ δὲ πλέονι βραδύτερος

perantem ex collatione reperies ad naturalem et moderatum. Si enim numeris forte quinque de natura remiſſio deflectere videatur et quindecim tarditas, praeſtare in eo pulſu conſtituendo frigidam cauſam, non imbecillitatem facultatis eſſe cauſam dicendum eſt. Sin quindecim tarditas numeris appareat, decem autem remiſſio, in hujus pulſus conſtitutione frigiditatem excedit imbecillitas. Si vero minori exceſſu ſit tardior, majori vero ſit languidior, ex facultatis imbecillitate et calore quoque is natus ſit. Ac magnitudinem quidem utriusque cauſae ex proportionis exceſſu invenies. Atque hoc memoria tenendum eſt, haec omnia dici amoto aſcititio motu. Pari modo, ubi cum mutatione in tarditatem invenitur aliqua durities, attendendum eſt, ex ſola duritie mutatio, an ex ambabus, incidat. Si enim quanto tardior ſit pulſus tanto etiam videatur durior, alterationis ſola durities cauſa eſt; ſi vero multo tar-

ἤπερ σκληρότερος, οὐ διὰ τὴν σκληρότητα μόνην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν (127) ψύξιν. εὑρήσεις δὲ κἀνταῦθα τὸ ἰσχυρότερον αἴτιον, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται. εἰ δὲ πλέονι μὲν εἴη σκληρότερος, ἐλάττονι δὲ βραδύτερος, οὐ διὰ τὴν σκληρότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν θερμότητα τοιοῦτος ἐγένετο. γνώσῃ δὲ κἀνταῦθα τὸ μέγεθος ἑκατέρου τῶν αἰτίων ἐκ τῆς κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὑπεροχῆς. εἰ δὲ βραδύτερός τε ἅμα καὶ σκληρότερος καὶ ἀμυδρότερος εἴη, γεγυμνασμένου κἀνταῦθα χρεία τοῦ γνωσομένου, πότερον τοσούτῳ βραδύτερός ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ὅσον ἐξ ἀμφοῖν τῶν αἰτίων ἐγένετο, τῆς ἀτονίας τε καὶ σκληρότητος, ἢ οὐ τοσούτῳ. εἰ μὲν γὰρ τοσούτῳ, δι᾽ ἐκεῖνα μόνα τὴν ἀλλοίωσιν ἔσχεν· εἰ δὲ πλέονι, καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας ἔκλυσιν· εἰ δ᾽ ἐλάττονι, καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας ἐπίτασιν.

Κεφ. στ΄. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων αὐτάρκως εἴρηται πρός γε τὰ παρόντα, βραχύ τι τὸν λόγον ἐπιστήσαντες ἐνταῦθα πρὶν ἐπ᾽ ἄλλο τι μεταβῆναι γένος εἴπωμέν τινα πρός τε τὰ προειρημένα καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα

dior quam durior, non modo durities, verum etiam frigiditas, atque invenias ad eundem modum hic fortiorem causam atque declaratum est paulo ante. At si magis sit durior quam tardior, non nomine duritiei tantum, verum caloris etiam, talis evasit; ac vero hic quoque ex proportionis excessu perspicies causae utriusque magnitudinem. Jam vero si tardior simul et durior sit atque languidior, exercitatum hic quoque oportet esse, qui sit perspecturus, an tanto tardior sit moderato, quantum accessit ex utrisque causis, imbecillitate et duritie, necne. Etenim si tanto, ob illas est solas mutatus; quod si magis, adjuncta jam est usus exolutio, si minus, etiam propter usus incrementum.

Cap. VI. Quum vero jam satis de his tractaverimus, quod ad hunc locum attinet, hic disputationem aliquantisper sistamus, ac prius quam aliud genus in manus sumamus, quaedam faciamus ut commemoremus et ad superiorem

λεχθήσεσθαι χρήσιμα. τεττάρων γὰρ οὐσῶν γενικῶν διαφορῶν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὴν ἀρτηρίαν, πρώτης μὲν οἰκειοτάτης τοῖς σφυγμοῖς τῆς κατὰ τὸ ποιὸν τῆς κινήσεως, δευτέρας δὲ τῆς κατὰ τὸ ποσὸν τῆς διαστολῆς, ἡμεῖς καὶ νῦν [255] κἀν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν οὐ τῆς κυριωτέρας διαφορᾶς ἐμνημονεύσαμεν, ὅτι χαλεπωτέραν ἔχει τὴν διάγνωσιν, ἀλλὰ τῆς τοῖς εἰσαγομένοις διαγνωσθῆναι σαφεστέρας καὶ διὰ τοῦτο καὶ δηλῶσαί τι χρησιμωτέρας. ὑπάρχει δ᾽ αὐτῇ καὶ τοῦτ᾽ ἴδιον ἐξαίρετον, ὅπερ οὐδεμιᾷ τῶν ἄλλων, τὸ φαίνεσθαι μὲν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι διαφορὰς σφυγμῶν ἐν αὐτῇ, κατ᾽ ἀλήθειαν δ᾽ εἶναι τρεῖς. ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἅπασι γένεσιν ὅσαι πέρ εἰσιν αἱ διαφοραὶ φύσει, τοσαῦται καὶ φαίνονται. λοιπὰ δὲ ἄλλα δύο γένη σφυγμῶν ἐστι κατὰ τὴν διαστολὴν, τὸ μὲν ἕτερον ἐνδεικτικὸν τῆς δυνάμεως, τὸ δὲ ἕτερον τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας, ἔσχατόν τε καὶ ὡς ἂν φαίη τις οὐκ οἰκεῖον οὐδὲ συγγενὲς, ἀλλ᾽ ἐπίκτητον γένος σφυγμῶν. ὑπάρχει δὲ τοῖς μὲν δύο τούτοις γένεσιν ἀεὶ τὴν αἰτίαν ὑφ᾽ ἧς γίνεται

et fequentem fermonem accommoda. Nam quatuor quum fint in diftentione arteriae generales differentiae, prima eademque ante caeteras pulfuum propriae, quae in qualitate confiftit motus; altera quae in quantitate diftentionis; neque hic nos neque in primo De pulfuum differentiis libro de priori magis propria verba fecimus, quod cognitu difficilior fit, fed de illa quam dignofcant tirones clarius et quae ideo fit ad denunciandum aliquid utilior. Haec habet extra ordinem illud quoque praeter alias omnes, ut complecti feptem et viginti videatur pulfuum differentias, fint vero re vera tres; nam in caeteris quidem omnibus generibus quot natura funt differentiae, tot apparent. Reliqua funt in diftentione duo genera pulfuum, alterum facultatem, alterum arteriae indicat tunicam, quod quidem eft poftremum, imo vero nec proprium, nec affine, fed genus pulfuum adventitium. Habent autem hoc duo haec genera, ut caufam femper a qua generantur oftendant

σαφῶς ἐνδείκνυσθαι, τοῖς δ' ἄλλοις δύο τοῖς προειρημένοις οὐκ ἀεί. καὶ γὰρ καὶ συμβέβηκε τοῖς μὲν δύο τοῖς ὑστέροις γένεσιν ὑπὸ μιᾶς αἰτίας ἑκάτερον δημιουργεῖσθαι, τοῖς πρώτοις δὲ δύο πρὸς ἁπασῶν τῶν αἰτιῶν, ἃς τρεῖς εἶναι πολλάκις ἐδείξαμεν. ὅθεν καὶ χαλεπώτερος ἐπὶ τῶν πρώτων δύο γενῶν ὁ λόγος ἐστὶν καὶ διορισμῶν χρήζων πλειόνων εἰς τὴν τῆς αἰτίας εὕρεσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων δυοῖν τό τε γένος τῆς αἰτίας ἓν καθ' ἑκάτερον ἥ τε τοῦ ποσοῦ διάγνωσις ἀφωρισμένη.

Κεφ. ζ΄. Σφοδρὸς μὲν ὁ σφυγμὸς ὑπὸ ῥώμης ἀεὶ γίνεται δυνάμεως, καὶ ὅσῳ γε σφοδρότερος τοσούτῳ καὶ τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως ἐπιτετάσθαι δηλοῖ· ἀμυδρὸς δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, καὶ ὅσῳ γ' ἂν ἀμυδρότερος ᾖ τοσούτῳ καὶ τὴν δύναμιν ἀσθενεστέραν ὑπάρχειν ἐνδείκνυται. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ μὲν σκληρὸς σφυγμὸς ὑπὸ σκληροῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας ἀποτελεῖται, ὁ δὲ μαλακὸς ὑπὸ τοῦ μαλακοῦ. καὶ δὴ τὸ ποσὸν τῆς κατὰ τὸν σφυγμὸν σκληρότητός τε καὶ μαλακότητος ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ ποσοῦ τῆς κατὰ τὴν ἀρτηρίαν σκληρότητος καὶ μαλακότητος.

aperte; duo illa genera ſuperiora non perpetuo. Etenim duobus obvenit generibus poſterioribus, ut ab una utrumque cauſa conſtituatur: primis vero duobus, ut ab omnibus cauſis, quas tres frequentur demonſtravimus eſſe; quo etiam in generibus duobus primis difficilior eſt oratio ac pluribus ad cauſam inveniendam diſtinctionibus indiget. In reliquis duobus quum genus eſt cauſae unum utrobique tum vero quantitatis notitia certa.

Cap. VII. Vehemens pulſus a facultatis ſemper robore fit, ac quo ſit vehementior tanto robur ſignificat majus eſſe facultatis; languidus ex facultatis imbecillitate, ac quo ſit languidior hoc facultatem quoque imbecilliorem eſſe demonſtrat. Haud aliter durus pulſus efficitur ab arteriae tunica dura, mollis a molli. Praeterea quantitas pulſus duritiei et mollitiei arteriae declarat quantitatem duritiei

ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ μέσος, ὅσπερ καὶ σύμμετρος ὀνομάζεται, πρῶτός τ' ἐστὶν αὐτῶν τῇ φύσει καὶ μόνος κατὰ φύσιν. ἀμυδροῦ δὲ καὶ σφοδροῦ κατὰ τοῦτον μὲν τὸν λόγον οὐδείς ἐστι μέσος. ὁ μὲν γὰρ ἀμυδρὸς ἀῤῥωστούσης τε καὶ παρὰ φύσιν ἐχούσης τῆς δυνάμεώς ἐστιν ἔγγονος, ὁ δὲ σφοδρὸς εὐρωστούσης τε καὶ κατὰ φύσιν διακειμένης. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ὥς κἀν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, εἴη ἄν τις μέσος ἀμυδροῦ καὶ σφοδροῦ. ὁ δὲ τρόπος ὁ κατὰ τὴν διάγνωσίν ἐστι τῆς ἐπιβαλλομένης ἁφῆς, ἡνίκα μὲν ἀνατρέπηται πρὸς τοῦ σφυγμοῦ, σφοδρὸν ἡμῶν αὐτὸν ὀνομαζόντων, ἡνίκα δ' ἀνατρέπῃ τὸν σφυγμὸν, ἀμυδρὸν, ἡνίκα δὲ οὐδέτερον, ἐν τῷ μέσῳ τοῦτον εἶναι λεγόντων ἀμυδροῦ τε καὶ σφοδροῦ, παρὰ φύσιν ὄντα καὶ αὐτὸν, ὥσπερ καὶ τὸν ἀμυδρόν. αἱ δ' ἀλλοιώσεις τῶν σφυγμῶν αἱ μὲν εἰς ἀμυδρότητα καὶ σφοδρότητα καὶ μόναι γίνονται πολλάκις καὶ ὑφ' ἑνὸς αἰτίου. ὅταν γὰρ τοῦ χιτῶνος τῆς ἀρτηρίας ἅμα τῇ χρείᾳ κατὰ φύσιν ἔχοντος ἐπὶ βραχύ πως ἀλλοιωθῇ τὰ τοῦ τόνου τῆς δυνάμεως, ἀμυδρό-

et mollitiei. Sed vero qui medius eſt inter durum et mollem, qui etiam vocatur moderatus, primus natura eſt inter eos ſolusque naturalis. At inter languidum et vehementem hac ratione medius eſt nullus, quod languidus ſit oriundus ex facultate imbecilla et a natura deſciſcente, vehemens autem ex firma et recte habente. Verum alio modo, ut ante retulimus, medius ſit aliquis inter languidum et vehementem; modus autem dignoſcendi per tactum adhibitum eſt. Nam quum a pulſu evertitur, vehementem eum vocamus; quum ille evertat pulſum, languidum; ubi neutrum fit, medium dicimus hunc ſortitum locum eſſe inter languidum et vehementem; qui quidem non aliter atque languidus praeter naturam eſt. Alterationes pulſuum quaedam in remiſſionem et vehementiam et ſolae fiunt frequenter et ab una cauſa; quum enim tunica arteriae una cum uſu in naturali conſtent ſtatu et nonnihil faculta-

τερος μὲν ἢ σφοδρότερος ἐν τούτῳ τοῦ πρόσθεν ὁ σφυγμὸς γίνεται, τῶν δὲ ἄλλων γενῶν οὐδὲν αὐτῷ συμμεταβάλλει. οὕτως μὲν δὴ μόναι γίγνονται καὶ ὑφ᾽ ἑνὸς αἰτίου· καθ᾽ ἕτερον δ᾽ αὖ τρόπον ὑπὸ μιᾶς μὲν αἰτίας, οὐ μόναι δέ. τῆς μὲν οὖν δυνάμεως ἐπὶ πλέον ἐκλυθείσης, ἢ ἐπιταθείσης, εἰ καὶ τῶν ἄλλων αἰτίων τῶν συνεκτικῶν μηδέποτε ἀλλοιωθείη, τὴν μὲν τροπὴν τῶν σφυγμῶν ὑφ᾽ ἑνὸς αἰτίου γενέσθαι συμβήσεται, γένος δ᾽ οὐχ ἓν ἀλλοιωθῆναι μόνον. [256] ἥ τε γὰρ ἐπὶ πλέον ἀῤῥωστοτέρα δύναμις οὐ μόνον ἀμυδρὸν, ἀλλὰ καὶ μικρὸν ἐργάζεται τὸν σφυγμὸν, καὶ διότι μικρὸν, διὰ τοῦτο καὶ πυκνὸν, ἥ τ᾽ ἐπὶ πλεῖστον ῥωσθεῖσα σὺν τῷ σφοδρότατον εὐθέως καὶ μείζονα τὸν σφυγμὸν ἀποτελεῖ, καὶ εἰ μηδὲν ὑπαλλάττοιτο ἡ χρεία, καὶ ἀραιότερον. ἡ δ᾽ εἰς σκληρότητά τε καὶ μαλακότητα μεταβολὴ τῶν σφυγμῶν εἰ μὲν ὑφ᾽ ἑνὸς αἰτίου γίνοιτο, πάντως καὶ τῶν ἄλλων τι συμμεταβάλλοι γενῶν. εἰ δὲ μόνη συνίσταται, τῶν πλειόνων αἰτίων συνελθόντων ἀποτελεῖται. ἅμα δὲ μόνη τε καὶ ὑφ᾽ ἑνὸς αἰτίου κατ᾽ οὐδένα τρόπον γίνεται, πλὴν εἰ παντελῶς

tis contentio alterata ſit, languidior hic quam vehementior priore pulſus redditur; de aliis vero generibus cum eo nihil mutatur, atque hoc pacto ſolae fiunt et ab una cauſa. Alio modo ab una quidem cauſa, ſed non ſolae, nam ubi diſſoluta admodum facultas ſit, vel contenta, ut nondum a cauſis aliis continentibus ſit immutatus, mutari pulſus ab una cauſa accidet, genus vero non unum commutatum eſſe. Nam ſi longe facultas imbecillior ſit, non languidum modo, verum etiam parvum pulſum creabit; et quia parvum, ſtatim etiam crebrum; at robuſtiſſima quum vehementiſſimum tum etiam majorem excitat pulſum, ſimulque, ſi nihil immutatus ſit uſus, rariorem. Mutatio jam pulſuum in duritiem et mollitiem, ſiquidem ab una cauſa procedat, omnino aliquod una de aliis generibus mutabitur; quod ſi ſola conſtet, ex concurſu plurium cauſarum conſtituitur. Simul autem et ſola et ab una cauſa nequaquam fiat, niſi mini-

ἐλάχιστον ἐκτραπῇ τοῦ κατὰ φύσιν, ὥστε βραχυτάτῳ μέν τινι γενέσθαι σκληρότερον τὸν σφυγμὸν, ἴσον μέντοι κατὰ τὸ μέγεθος. οὕτω γὰρ οὐδὲ τὸ τάχος οὐδ᾽ ἡ πυκνότης ὑπαλλαχθήσεται. σαφεστέρας δὲ καὶ μείζονος τῆς σκληρότητος γινομένης ἀνάγκη καὶ τὸν σφυγμὸν γενέσθαι μικρότερον, καὶ τοσοῦτόν γε πυκνότερον ὅσον μικρότερον. εἰ δ᾽ ἅμα τε σκληρότερος ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας γένοιτο καὶ ἡ θερμότης αὐξηθείη, σκληρότερος μὲν ἂν ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τοσοῦτον εἴη τοῦ κατὰ φύσιν ἐφ᾽ ὅσον καὶ ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας· ἐν μέντοι τῷ μεγέθει τῷ κατὰ φύσιν ἴσος, εἴπερ ὅσον τὸ θερμὸν ἐγένετο τοῦ συμμέτρου τοσούτῳ καὶ ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας σκληρότερος τοῦ κατὰ φύσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴρηται τὰ μέτρια πρός γε τὴν ἐνεστῶσαν ὑπόθεσιν, ἑξῆς ἂν εἴη τὰς προηγουμένας καὶ προκαταρχούσας αἰτίας τῶν προειρημένων δύο γενῶν διελθεῖν.

Κεφ. η΄. Αἱ μὲν οὖν αὐξάνουσαι τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως αἰτίαι προηγούμεναι αἱ μὲν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι χυμοί τέ τινές εἰσιν ἡμίπεπτοί τε καὶ ἄπεπτοι, πεττόμενοι νῦν, ἥ τ᾽ ἐπὶ τὴν κρίσιν ὁρμὴ τῆς φύσεως, εἰ μὴ

mo plane ſpatio a natura receſſerit, ut quam minimo fiat pulſus durior, pari tamen magnitudine; at ſic nec celeritas mutabitur nec crebritas. Verum apertior ſi fiat majorque durities, non poterit pulſus non eſſe minor, tantoque etiam crebrior quanto minor. Si vero ſimul et durior facta ſit tunica arteriae et calor increverit, hoc pulſus moderato durior erit quo arteriae tunica, at magnitudine aequalis moderato; modo quantum calor mediocritatem exceſſerit, tanto tunica arteriae naturali ſit durior. Quando jam de his quoque ſatis dictum eſt, quantum requirit praeſens argumentum, deinceps de antecedentibus et externis duorum generum, quae nunc explicavimus, cauſis agemus.

Cap. VIII. Cauſae antecedentes, quae robur facultatis augent, partim in ipſo ſunt corpore; ac humores quidam ſunt ſemicocti et crudi, qui jam concoquuntur, et na-

ἄρα καὶ ἥδε κατὰ τὸν αὐτὸν εἴρηται τρόπον, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις θυμός· αἱ δ᾽ ἔξωθεν οἶνός τε καὶ τροφαὶ καὶ γυμνάσια μέτρια, καὶ προσέτι τὰ τὴν δυσκρασίαν ἐπανορθούμενα τοῦ σώματος αὐτοῦ τῆς τε καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν εἴτουν ἐδέσματα εἴτε πόματα, εἴτε καὶ φάρμακα εἴη. καταλύουσι δὲ τὴν δύναμιν ἀσιτίαι τε καὶ ἀγρυπνίαι (128) καὶ φροντίδες καὶ λῦπαι καὶ κενώσεις ἄμετροι διὰ γαστρὸς, ἢ οὔρων, ἢ ἐμέτων, ἢ μήτρας, ἤ τινος αἱμοῤῥαγίας, καὶ αἱ σφοδραὶ τῶν ὀδυνῶν, ἢ μετά τινος ἰδιότητος γινόμεναι, καθάπερ ἡ καὶ στομαχικὴ καλουμένη διάθεσις, ἐφ᾽ ἧ συγκόπτονται. ἔτι τε πρὸς τούτοις ἅπανθ᾽ ὅσα δυσκρασίαν ἐργάζεται κατὰ τὴν καρδίαν, ἢ τὰς ἀρτηρίας, εἴτουν ἐν τῷ σώματι περιεχόμενα, τὰ μὲν ἐν ὑγροῖς, τὰ δ᾽ ἐν τοῖς στερεοῖς, εἴτε καὶ τούτων ἔξωθεν προηγούμενα. καὶ ταῦτα σύμπαντα καταλύει τὴν δύναμιν ἀμέτρως ὑγραίνοντα καὶ ξηραίνοντα καὶ θερμαίνοντα καὶ ψύχοντα καὶ διαφοροῦντα. ὅσαι δὲ αἰτίαι προηγούμεναί τε καὶ προκατάρχουσαι τὸν σφυγμὸν ἐργάζονται σκληρότερον, εἴρηνται πρόσθεν ἐν τῷ περὶ τοῦ μακροῦ τε ἅμα καὶ στενοῦ καὶ

turae ad judicationem impetus, nifi hic fit etiam in eodem genere, ad haec ira; partim extrinfecus adveniunt, ut vinum, cibus, exercitationes modicae; et etiam quae intemperiem corrigunt ipfius corporis et cordis et arteriarum, five illi cibi fint, five potus, five etiam medicamenta. Diffolvunt vero facultatem inedia, vigiliae, folicitudines, moerores, vacuationes immodicae per alvum, vel per urinas, vel vomitum, vel alterum profluvium fanguinis, vehementes dolores, vel cum quadam proprietate evenientes, ut quem ftomachicum affectum vocant qui fyncopen inducit. His adjunge omnia quae cordis vel arteriarum creant intemperiem, five in corpore illa contineantur, ut in fuccis, vel folidis partibus; five foris etiam haec antecedant: quippe haec diffolvunt omnia facultatem immodice humectando, ficcando, calefaciendo, refrigerando, digerendo. At vero quae caufae antecedentes et externae pulfum duriorem efficiunt, fupra expofuimus, quum de longo fimul et an-

ταπεινοῦ λόγῳ. ὥστ' οὐδὲν ἔτι δεῖ νῦν αὐτὰς ἐπέρχεσθαι, μόνας δὲ τὰς τοῦ μαλακοῦ προσθέντας ἐνταυθοῖ που καταπαύειν ἤδη τὸν λόγον.

Κεφ. θ'. Μαλακὴν οὖν ἐργάζονται τὴν ἀρτηρίαν αἵ θ' ὑγραὶ τροφαὶ καὶ τὰ πλείω λουτρὰ καὶ ὕπνοι πολλοὶ καὶ ἡ ἁβροτέρα [257] δίαιτα καὶ ἡ θυμηδία. ταῦτα μὲν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν· ἐν δὲ τῷ παρὰ φύσιν ἐν κώμασι καὶ ληθάργοις καὶ ὑδέροις, ὅσα τ' ἄλλα τοὺς χιτῶνας τῶν ἀρτηριῶν ὑγρότητι πολλῇ καὶ μάλιστα φλεγματώδει διαβρέχει, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον εἰρήσεται διὰ τῶν ἑξῆς, ὁπόταν ὑπὲρ τῶν παθῶν ὁ λόγος ᾖ. νῦν δ' ἤδη καιρός ἐστι καταπαύειν τὸν ἐνεστῶτα λόγον εἰς ἓν ἀθροίσαντα κεφάλαιον ὅσον ἐξ αὐτοῦ χρήσιμον. ἔστι δὲ τόδε. τὴν ἐνεστῶσαν διάθεσιν ἑκάστου τῶν συνεκτικῶν αἰτίων οἱ σφυγμοὶ πρώτην ἐνδείκνυνται. γνωσθείσης δὲ ταύτης αἵ τε προηγησάμεναι καὶ αἱ προκατάρξασαι τῆς πρώτης αὐτῶν αἰτίαι λαμβάνονται, κἂν τούτῳ τῶν προγεγονότων ἡ πρόγνωσις. ἡ δὲ τῶν μελλόντων πρόγνωσις ἐκ τῶν ἑπομένων ταῖς διαθέσεσι λαμβάνεται. καθ'

guſto et humili differeremus. Nihil eſt ergo, cur easdem hoc loco recenſeamus, ſed tantum ſi mollis cauſas addiderimus, finem hic faciemus libri.

Cap. IX. Mollem reddunt arteriam humidus cibus ac frequentiores balneae, ſomni multi, mollior vita et voluptates, atque haec quidem intra ſepta manent naturae. Praeter naturam, in comate, lethargo, hydrope, et ſi quae ſunt alia quae arteriarum tunicas imbuunt larga humiditate, maxime pituitoſa, de quibus infra, quum de morbis dicam, prolixius agam. Nunc jam tempus eſt ut hunc librum finiamus, ſi in ſummam qui in eo ſit fructus ſubduxerimus. Eſt autem hic. Praeſentem diſpoſitionem ſingularum cauſarum continentium pulſus primam indicant, qua cognita antecedentes et externae cauſae deprehenduntur ipſius primae inter illas, atque in hoc conſtat praeteritorum praeſagitio, futurorum vero ex iis quae diſpoſitiones

Ed. Chart. VIII. [257.] Ed. Baſ. III. (128.)

ὃν δὲ μάλιστα τρόπον ἕκαστον τῶν εἰρημένων γίγνοιτο ἂν, ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα λόγοις διαιρήσομαι, πρότερόν γε κατὰ τὸ δεύτερον τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων ὅσον ὑπόλοιπόν ἐστι νῦν ἡμῖν προτεθέντων διελθών.

comitantur, petuntur praeſagia, quorum quemadmodum unumquodque potiſſimum fiat in ſequentibus libris declarabo, prius in ſecundo tamen horum commentariorum quod reſtat adhuc inſtituimus perſequi.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. VIII. [257.] Ed. Baf. III. (128.)

Κεφ. α΄. Περὶ μὲν δὴ τῶν πρώτων τε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις στοιχειωδεστάτων σφυγμῶν, ἃν ἐν τῇ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας ἡ διάγνωσις, ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ διήρηται· περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων ἑξῆς ἂν εἴη ῥητέον ἀπὸ τῆς συστολῆς ἀρξαμένοις. ἔστι μὲν οὖν κἀν ταύτῃ τὰ τέσσαρα γένη τῶν σφυγμῶν, ὅσα περ κἀπὶ τῆς διαστολῆς. καὶ γὰρ ὠκυτέρα καὶ βραδυτέρα καὶ μείζων καὶ μείων καὶ σφοδροτέρα καὶ ἀμυδροτέρα κατά γε τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ πράγματος ἡ ἐν τῇ συστολῇ κίνησις γίνεται, ὥσπερ γε καὶ τὸ σῶμα

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER II.

Cap. I. De primis quidem et ut dixerit aliquis maxime elementariis pulfibus, quorum in diftentione arteriae dignotio, fuperiore libro explicata eft; de reliquis vero deinceps exorfi a contractione tractabimus. Habet quatuor haec quoque genera pulfuum quot fcilicet diftentio; velocior etenim et tardior, major, minor, vehementior, languidior, fi naturam ipfam fpectes rei, contractionis motus fit; et hercle

τῆς ἀρτηρίας ἤτοι σκληρὸν ἢ μαλακὸν ἀποτελεῖται, οὐ μὴν διαγνῶναί γε δυνατόν ἐστι τῶν εἰρημένων γενῶν οὐδὲν, ὅτι μὴ βραδύτητα μόνην καὶ τάχος, οὐδὲ ταῦτ᾽ ἐπὶ πάντων, ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνοις τοῖς σφυγμοῖς ἐν οἷς αἰσθητὴ διάγνωσίς ἐστι τῆς συστολῆς, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ἐπιδέδεικται. καὶ μὲν δὴ κᾀν τῷ περὶ χρείας σφυγμῶν [258] ἐδέδεικτο τῆς ἀρτηρίας ἐνέργειά τις εἶναι, καὶ ἡ συστολὴ τῆς διαστολῆς οὐδὲν ἧττον. ἀμφότεραι γὰρ διαφυλάττουσι τὴν συμμετρίαν τῆς κατὰ φύσιν θερμότητος. ἡ μὲν γὰρ διαστολὴ καθάπερ εἰσπνοή τις ἐμψύχουσά τε τὸ ὑπερβάλλον τῆς φλογώσεως καὶ τῷ ῥιπίζειν ἀνάπτουσα τὸ σβεννύμενον, ἡ δὲ συστολὴ τὸ λιγνυῶδες ἀποχέουσα δίκην ἐκπνοῆς. δηλώσει τοιγαροῦν τὸ μὲν τάχος τῆς συστολῆς ἀξιόλογόν τι πλῆθος αἰθαλωδῶν περιττωμάτων ἀθροίζεσθαί τε ἅμα καὶ ἐκκρίνεσθαι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν ᾧ περ ἂν εὑρίσκηται· ἡ δὲ βραδύτης τοὐναντίον οὔτε ἀθροίζεσθαι πολὺ τὸ τοιοῦτο περίττωμα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ κενώσεως δεῖσθαι. πάμπολυ μὲν γὰρ ἀθροίζεται κατὰ τὰς σήψεις τῶν χυμῶν, ἐφ᾽ αἷς

etiam arteriae corpus aut durum efficitur, aut molle, quare et ob id pulfus durus vel mollis efficitur; haud dignofcas tamen horum generum praeter tarditatem unam et celeritatem ullum, imo ne has quidem ubique, fed in illis pulfibus, ubi fenfu contractio animadverti poffit, ut in primo libro De pulfibus dignofcendis docuimus. Jam etiam in libro de ufu pulfuum arteriae functionem demonftravimus contractionem effe non fecus ac diftentionem, utraque enim naturalis caloris tuetur commoderationem, diftentio veluti infpiratio quaedam exceffum ardoris refrigerando, et ventilatione quod extinguitur incendendo, contractio in modum expirationis fuliginem expurgando. Ergo celeritas contractionis indicio erit fuliginoforum excrementorum ingentem colligi copiam expurgarique id temporis, quandocunque inveniatur; tarditas contra, nec eius multum excrementi coacervari, eoque nec requirere evacuationem. Magna enim copia per putredines humorum acervatur, quae

Ed. Chart. VIII. [258.] Ed. Baf. III. (128.)

ἀνάγκη πυρετοὺς ἀνάπτεσθαι· παντάπασι δ᾽ ὀλίγον, ὅταν εὔχυμον ᾖ τὸ σῶμα· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας διαθέσεις ὁπόσαι μεταξὺ τούτων εἰσὶν, ἀνάλογον ἑκάστης τῶν διαθέσεων, ἐπὶ μὲν ταῖς ἐδωδαῖς τε καὶ τοῖς ὕπνοις πλέον, ἐγρηγορούντων δὲ καὶ ἀσιτούντων ἔλαττον. οὕτως δὲ καὶ κατ᾽ αὐτὴν τῶν ἐδεσμάτων τὴν φύσιν ἐπὶ μὲν τοῖς κακοχύμοις πλέον, ἐπὶ δὲ τοῖς εὐχύμοις ἔλαττον. ἀνάλογον δὲ καὶ κατὰ τοὺς πυρετοὺς ἐν μὲν ταῖς ἐπισημασίαις πλέον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις καιροῖς ἧττον· καὶ πλέον μὲν ἐπὶ τοῖς παχέσι καὶ γλίσχροις χυμοῖς, οἷοί περ οἱ φλεγματώδεις εἰσὶ καὶ οὓς ὀνομάζουσιν ὠμοὺς, ἧττον δὲ ἐπὶ τοῖς πικροχόλοις τε καὶ μελαγχολικοῖς· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τούτων ἐφ᾽ αἵματι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο σήπεται κατὰ τὰς φλεγμονὰς, ἐφ᾽ αἷς πυρέττουσι, τάς τε ἄλλας καὶ ὧν ἡ φλόγωσις εἰς τοσοῦτον ἄμετρος ὡς κατακαίειν τε τὸ δέρμα καὶ πάθος ἐργάζεσθαι τὸ προσαγορευόμενον ἄνθρακα. τῆς αὐτῆς δέ πως εἰσι φύσεως καὶ οἱ μετὰ ἀναβρώσεως ἕρπητες, οὓς ἐσθιομένους Ἱπποκράτης ὠνόμαζεν. ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς τοιούτοις οἱ χυμοὶ σήπονται. καθ᾽ ἕτερον δ᾽ αὖ τρόπον οἱ ἐν ταῖς τραχείαις ἀρτηρίαις χυμοὶ σηπόμενοι, μεταδιδόασι γὰρ

febres accendunt neceſſario; quum corpus bonos humores habeat, pauca omnino; in aliis ſtatibus, qui medii inter hos ſunt, pro proportione ſingulorum ſtatuum; inter edendum et dormiendum plus, per vigilias et inedias minus. Eadem plane ratione pro ciborum natura; in illis qui pravos humores gignunt, plus; in his minus, qui probos. In febribus ad eundem modum, in acceſſionibus plus, aliis temporibus minus. Adeoque plus ex craſſis et lentis humoribus, cujusmodi pituitoſi ſunt et quos appellant crudos; ex bilioſis minus et melancholicis, medio modo ex ſanguine, qui ſcilicet etiam putreſcit in inflammationibus; unde oriuntur febres quum aliis, tum illis quarum adeo eſt immodicum incendium ut cutem deurant et affectum generent quem carbunculum vocant. Ejusdem fere naturae ſunt herpetes depaſcentes, quos appellavit Hippocrates edentes, ſcilicet in omnibus his affectibus putreſcunt humores. Alio autem jam modo illi qui putreſcunt in aſperis arteriis

τοῦ σφετέρου κακοῦ τῷ πνεύμονι, καὶ σήπεται καὶ τοῦτο τὸ σπλάγχνον ἐν τῷ χρόνῳ. ἀθροίζονται μὲν οὖν ἐν ταῖς τραχείαις ἀρτηρίαις ἤτοι διὰ τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κατάῤῥουν, ἢ ἐκ πλευρίτιδος, ἢ περιπνευμονίας, ἢ τοῦ πνευμονώδους πάθους, ἢ συνάγχης, ἢ ἐξ ἐμπυήματος μεταληφθέντος. τὴν δ' ἀρχὴν τοῦ σήπεσθαι λαμβάνουσι διὰ τὸ μὴ καλῶς ἀναπτύεσθαι. δέονται γὰρ ἐν τάχει κενοῦσθαι διά τε τὴν σφετέραν μοχθηρίαν καὶ τὴν ἐν τῷ χωρίῳ θερμότητα, πολλάκις δὲ καὶ ῥῆξις ἀγγείου κατὰ τὸν πνεύμονα γενομένη προχεῖ τι τοῦ αἵματος εἰς τὰς τραχείας ἀρτηρίας, ὃ δὴ σηπόμενον ἐν τῷ χρόνῳ φθόην ἐργάζεται. θᾶττον δ' εἰς τοῦτ' ἔρχεται τὸ κατὰ διάβρωσιν τῶν ἀγγείων ἐκχυθέν. ἐν ἁπάσαις δὴ ταύταις αἷς κατέλεξα διαθέσεσιν, ὅσαι τ' ἄλλαι σηπεδόνα τινα χυμῶν ἔχουσιν, ἡ ἔσω κίνησις αὐξάνεται τῶν ἀρτηριῶν, καὶ κατὰ τὸ ποσὸν μὲν, ὡς ἐπιπλέον αὐτὰς συστέλλεσθαι, ἀλλὰ τοῦτό γε οὐκ ἂν αἰσθήσει διαγνοίης ἀκριβῶς. ἡ γοῦν εἰς τάχος ἐπίδοσις ἐναργής τ' ἐστὶ καὶ διαγνῶναι ῥαδία τῷ τετριμμένῳ περὶ τοὖργον, ὃν οὐδ' ἄρξασθαι τριβῆς οἷόν τε πρὶν τὰ περὶ

ſucci; pulmoni enim ſua vitia impertiunt, ac putreſcit temporis progreſſu hoc etiam viſcus. Ac coacervantur in aſperis arteriis vel per diſtillationem e capite, vel ex pleuritide, vel peripneumonia, vel pulmonis affectu, vel angina, vel ex empyemate tranſumpto. Originem hinc ducunt putredinis, quod minus probe expuantur, nam ut ſunt vitioſi et locus calidus, maturam deſiderant evacuationem. Subinde etiam fit ut, quum pulmonis rumpatur vas aliquod, immittat ſanguinis in aſperas arterias aliquid, qui quidem putreſcens diuturnitate excitat tabem, quo etiam devenit celerius quem vaſa exulcerata emittunt. In omnibus his quos collegi affectibus aliisque qui putredine ſunt aliqua humorum praediti, arteriarum motus, quo intro feruntur, augetur et in quantitate, ut arctius illae contrahantur, ſed hoc quidem ſenſu plane non dignoſcas. At celeritatis clare animadvertitur incrementum, facileque viro experto in hoc opere, qui nec ingredi quidem ad experiendum prius poſſit

διαγνώσεως ὑφ' ἡμῶν γεγραμμένα μά(129)θεῖν, ὧν οὐδὲν οὐδεὶς τῶν ἔμπροσθεν ἰατρῶν ἐδίδαξεν ἡμᾶς. ἀλλ' ἔνιοι μὲν ἄχρι λόγου πιθανοῦ προέρχονται, τεχνολογίας δή τινας Ἡροφιλείας ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς ῥυθμῶν γράφοντες, ἔνιοι δὲ περιλάλησίν τε τὴν τοιαύτην θεωρίαν ἀποκαλοῦσι καὶ τελέως αὐτῆς ἀφίστανται. τὸ δ' ἀληθὲς οὐδέτεροι κατεῖδον, ὡς εἰς τάχος τε καὶ βραδύτητα χρὴ βλέπειν τῆς διαστολῆς καὶ τῆς συστολῆς, ἑκατέρας πολλὰ σημαίνειν δυναμένης, ὥσπερ γε ἤδη νῦν εἴρηται ἡμῖν διὰ κεφαλαίων ἔν τε τοῖς ἑξῆς ἐπιπλέον εἰρήσεται κατὰ τὸν περὶ τῶν νοσημάτων λόγον.

Κεφ. β'. [259] Ἐν δὲ τῷ παρόντι μετιτέον ἐστὶν ἐπὶ τὸν περὶ πυκνότητός τε καὶ ἀραιότητος λόγον. διττῆς δ' οὔσης ἑκατέρας, ὅτι καὶ τὰς ἠρεμίας τῆς ἀρτηρίας δύο εἶναι συμβέβηκε, τὴν μὲν ἐπὶ τὸ διασταλῆναι πρὸ τοῦ συστέλλεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ τὸ συσταλῆναι πρὸ τοῦ διαστέλλεσθαι, τὸ μέν τι κοινὸν ἀμφοτέραις ὑπάρχει, τὸ δ' ἴδιον ἑκατέρᾳ· κοινὸν μὲν, ὅτι βραχύνονταί τε κατὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τῆς προηγουμένης κινήσεως μηκυνθείσης ἢ τῆς ἑπομένης πρωϊαίτερον ἀρξα-

quam quae de dignoſcendo prodidimus didicerit, quorum nos nihil ex priscis medicis docuit ullus, ſed progrediuntur quidam usque ad veriſimilem orationem, commentationes ſcilicet Herophilias quasdam de pulſuum rhythmis conſcribendo; aliqui inanem loquacitatem vocant eam meditationem penitusque eam repudiant, veritatem autem neutri cognoverunt, quod ſcilicet in celeritatem et tarditatem diſtentionis contractionisque reſpicere oportet, quarum multa valet utraque indicare, ut ſummatim nunc declaravimus, explicaturi poſthac, quum de morbis agemus latius.

Cap. II Nunc quidem ad crebritatem me raritatemque convertam; quarum duplex eſt utraque, quod etiam quieti contigit arteriae duplici eſſe, uni a diſtentione ante contractionem, alteri poſt contractionem ante diſtentionem. At quiddam ambabus eſt commune, aliquid proprium utrique: commune, quod duabus de cauſis brevientur, vel quod productus ſit motus, vel quod ſequens anticipet; contra

μένης, μηκύνονται τε πάλιν ἤτοι τῆς προηγουμένης κινήσεως βραχυνθείσης, ἢ τῆς ἑπομένης ὀψιζούσης· ἴδιον δ᾽ ἑκατέρας ὃ σημαίνειν πεφύκασιν. δῆλον δ᾽ ὡς ἐκεῖνο σημαίνουσιν ὅπερ ἂν ἐκ τοῦ μεμηκύνθαι τὴν ἑτέραν κίνησιν, ἢ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν ἑτέραν ὑπάρχει δηλούμενον, ἢ πάλιν ἐκ τοῦ βραχεῖαν μὲν γεγονέναι τὴν ἑτέραν, βραδύνειν δὲ τὴν λοιπήν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ μὲν καθαρὰ θερμότης καὶ ἥκιστα περιττωματικὴ τὴν διαστολὴν ἐργάζεται μείζονά τε ἅμα καὶ ὠκυτέραν, ἡ δὲ τεθολωμένη σηπεδονώδεσι περιττώμασι τὴν συστολὴν, ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον μὲν ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς διαστολῆς ὁ σφυγμὸς γένηται πυκνότερος, ηὐξῆσθαι δηλώσει θερμότητα πολλὴν ἐν τῷ σώματι καθαρὰν, ὅταν δ᾽ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν συστολὴν, ἀκαθάρτου τε καὶ περιττωματικῆς θερμασίας ἐνδείξεται πλῆθος. ὡσαύτως δὲ κἂν ἀραιότερος ὁ σφυγμὸς γένηται κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, εἰ μὲν ἐπὶ βραχύτητι τῆς διαστολῆς, ἐψῦχθαι τὴν ἐν τῷ ζώῳ θερμότητα δηλώσει, εἰ δὲ διὰ τὸ βραδύνειν τὴν συστολὴν, ἐλάττω γεγονέναι τὰ καπνώδη περιττώματα· κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς ἠρεμίαν ἔμπαλιν, εἰ μὲν ἐπὶ τῷ μηκυνθῆναι τὴν συστολὴν

protenduntur, fi vel brevior fuerit prior motus, vel fi moretur pofterior: utrique proprium quod denotare folent. Illud autem ab iis planum eft fignificari quod ex producto altero motu, vel anticipante altero, poteft prodi; aut contra a breviato altero motu et morante altero. Quando enim fincerus calor paucillimisque inquinatus excrementis diftentionem concitat majorem fimulque celeriorem; contra qui confufus excrementis eft putribus, contractionem; ubi ex anticipatione et magnitudine diftentionis pulfus crebrior fiat, calorem purum indicabit multum in corpore increviffe; ubi vero, quod maturius incipiat contractio, impuri copiam atque excrementis referti caloris arguet. Nec aliter, quum rarior pulfus externa quiete fit, fi quidem ob diftentionis brevitatem, refrigeratum calorem demonftrabit effe; fin ob moram contractionis, fumofa imminuta effe excrementa; in quiete interna e diverfo, fi ex productione contractionis

ὁ σφυγμὸς πυκνωθείη, πλῆθος ὑποτρέφεσθαι καπνωδῶν περιττωμάτων, εἰ δὲ διὰ τὸ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν διαστολὴν, ηὐξῆσθαι τὴν θερμότητα. πάλιν δ᾽ αὖ κατὰ τὴν ἠρεμίαν ταύτην ἀραιούμενος ὁ σφυγμὸς, εἰ μὲν διὰ τὸ μεμειῶσθαι τὴν συστολὴν, ἠλαττῶσθαι τὰ περιττώματα δηλώσει, εἰ δὲ διὰ τὸ βραδύνειν τὴν διαστολὴν, μεμειῶσθαι τὴν θερμότητα. συνελθόντων δὲ ἀμφοῖν ἅμα, τοῦ τε μεμηκύνθαι τὴν προτέραν κίνησιν καὶ τοῦ πρωϊαίτερον ἄρχεσθαι τὴν δευτέραν, εἴτε κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν, εἴτε κατὰ τὴν ἐντὸς τοῦτο συμβαίνει, σύνθετον ἐνδείξεται διάθεσιν ἐξ ἐκείνων, ὧν ἑκάτερον ἐδήλου κατὰ μόνας. ὁμοίως δὲ κἂν ἀραιὸς ὁ σφυγμὸς γένηται, καθ᾽ ὁποτερανοῦν τῶν ἠρεμιῶν ἀμφοῖν ἅμα συνελθόντων, τοῦ τε συνηρῆσθαι τὴν προτέραν κίνησιν καὶ τοῦ μετὰ πλέον ἄρχεσθαι τὴν ἑτέραν, ἡ διάθεσις ἔσται καὶ οὕτω διττή τε καὶ σύνθετος ἐξ ἑκατέρας τῶν ἤδη προδεδηλωμένων, ὑπομεμειωμένης μὲν ὁποτερασοῦν τῶν κινήσεων, ἀναβεβλημένης δὲ καὶ μετὰ πλέον ἀρχομένης τῆς ἑτέρας. οὐ μὴν ἥ γε διάγνωσις εἰς ἴσην ἐνέργειαν ἥκει καθ᾽ ἑκατέρας τὰς ἡσυχίας. ἡ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἐναργῶς αἰσθητὴ, τὴν δ᾽ ἐντὸς οὐχ ὅπως ἐναργῶς, ἀλλ᾽

creber ſit pulſus, ali abundantiam fumoſorum excrementorum; ſi ob maturiorem diſtentionis exorſum, auctum calorem eſſe. At vero quum rarior in hac quiete pulſus eſt, ſi ob imminutam contractionem, pauciora annunciabit excrementa; imminutum calorem eſſe, ſi ob diſtentionis moram. Quod ſi conjuncta ambo ſint, ut et protendatur motus prior et alter anticipet, ſive in externa hoc quiete, ſive accidat in interna, compoſitum declaraverit affectum ex illis, quorum ſigillatim ſignificabat utrunque. Itidem ſi pulſus ſit rarior, in utra haec coierint ambo quiete, contractus prior motus et multum tardans alter, erit ſtatus tum quoque duplex atque compoſitus ex utroque, quae jam ante declaravimus, quum alteruter diminutus ſit motus, tardet autem ac multo poſt incipiat alter. Verum enimvero non perinde eſt aperta utriusque quietis cognitio, externa enim clare ſentitur, internam vero ne obſcure quidem, nedum eviden-

οὐδ᾽ ἀμυδρῶς ἔνεστιν αἰσθήσει διαγνῶναι. στοχασμῷ δ᾽ ἂν μόνῳ τις αὐτὴν ἐξεύροι, συλλογισάμενος ἐκ τῆς καθ᾽ ἑκατέτέραν τὴν κίνησιν ὁρμῆς, καὶ μᾶλλον ἐπ᾽ ἐκείνων τῶν σφυγμῶν ἐν οἷς ἐναργῶς ἔστιν αἰσθήσει διαγνῶναι τὴν συστολήν. εἴρηταί μοι καὶ περὶ τούτου τοῦ γένους τῶν σφυγμῶν ὅσον ἱκανὸν εἰς τὰ παρόντα.

Κεφ. γ'. [260] Ἑξῆς δ᾽ ἐστὶν ἐπί γε τῇ τάξει τοῦ λόγου περὶ ῥυθμῶν διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν Ἡροφίλῳ μὲν ἐπὶ πλέον εἴρηται τήρησίν τινα καὶ ἐμπειρίαν ἱστοροῦντι μᾶλλον ἢ λογικὴν μέθοδον ἐκδιδάσκοντι. τοὺς γὰρ καθ᾽ ἑκάστην ἡλικίαν ὡς τὸ πολὺ φαινομένους ῥυθμοὺς τῶν σφυγμῶν ἔγραψε, πρῶτον μὲν οὐδ᾽ ἐφ᾽ ὧν τινων φύσεων ἐτήρησεν αὐτοὺς οὐδὲν ἡμῖν εἰπών· εἶτ᾽ ἐξ αὐτῶν ὧν διδάσκει δῆλον ὅτι συγκέχυταί τε καὶ ἀδιάρθρωτός ἐστι περὶ τὴν τῆς συστολῆς τε καὶ τῶν ἠρεμιῶν διάγνωσιν. εἴπερ γὰρ ἡγεῖταί ποτε δύνασθαι γενέσθαι συστολὴν ἐπὶ τῶν γεγηρακότων, ἄχρι δὴ τῶν δέκα πρώτων χρόνων ἐκτεταμένην, εὔδηλός ἐστι τῆς ὄντως συστολῆς ἀναισθήτως ἔχων. αὕτη γὰρ ἐνίοτε μὲν ὀλιγοχρονιωτέρα τῆς διαστολῆς ἐστιν, ἐνίοτε δ᾽ ἰσόχρονός ἐστιν, ὁτὲ δὲ, ὡς

ter, ſenſu dignoſcas; at ſola ad hanc aſpires conjectura, ſi colligas ex impetu utriusque motus, praecipue in iis pulſibus in quibus clare ſenſus valet aſſequi contractionem. Ac de hoc quoque genere pulſuum quantum refert ad propoſitum diximus.

Cap III. Nunc poſtulat ſermonis ſeries ut de rhythmis exponamus, de quibus prolixius Herophilus diſputavit, observationem potius et experientiam prodens quam rationalem docens methodum. Nam rhythmos pulſuum per ſingulas fere animadverſos aetates conſcribit, nec primum, quibus illos in naturis obſervaverit, nobis declarat, deinde ex ipſa inſtitutione manifeſtus eſt quod confuſam habuerit nec diſtributam contractionis atque quietis notitiam. Nam ſi contractionem in ſenibus usque ad decem prima tempora extendi putet poſſe, planiſſime veram contractionem ſenſit nunquam. Haec enim interdum non tam diuturna eſt quam diſtentio, interdum aeque diuturna, interdum, ut ſcri-

ἐκεῖνος γράφει, πολυχρονιωτέρα μὲν, οὐ μὴν, ὡς οἴεται, πενταπλασίων, ἀλλὰ βραχεῖ τινι μείζων. ὅσα δ' ἄλλα μοχθηρὰ καὶ ἀδιάρθρωτα καὶ ἀδύνατα πρὸς τὰς προγνώσεις ἔχει τὰ περὶ ῥυθμῶν ὑφ' Ἡροφίλου λεγόμενα, τὰ μὲν ἐκ τοῦ τρίτου περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν ἔνεστι μαθεῖν, τὰ δ' ἐξ ὧν ἰδίᾳ γράψομεν ὑπὲρ τῆς Ἡροφίλου περὶ τοὺς σφυγμοὺς τέχνης. νῦν δὲ, οὔτε γὰρ ἱστορικὴν οὔτ' ἀντιλογικὴν ποιοῦμαι πραγματείαν, ἀλλὰ τῶν ἡμῖν ἐγνωσμένων διδασκαλικὴν, ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ἀνωμάλων σφυγμῶν ἤδη μεταβήσομαι λόγον.

Κεφ. δ'. Διττὸν δ' αὐτῶν ἐστι τὸ γένος· ἔνιοι μὲν ἐν μιᾷ πληγῇ τὴν ἀνωμαλίαν λαμβάνοντες, ἄλλοι δ' ἐν ἀθροίσματι. καὶ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς συστηματικὴν τὴν τοιαύτην ἀνωμαλίαν, ὅτι, οἶμαι, καὶ τὸ ἄθροισμα σύστημα προσαγορεύουσιν. ἰστέον οὖν ὑπὲρ τῶν ἀνωμάλων σφυγμῶν κοινῇ μὲν τοῦτο κατὰ πάντων, ὅπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐπιδέδεικται, δι' ἐμφράξεις αὐτοὺς, ἢ θλίψεις ὀργάνων, ἢ πλῆθος τὸ πρὸς τὴν δύναμιν νοούμενον, ἢ τὴν τῆς καρδίας ἀνώμαλον δυσκρασίαν

bit ille, diuturna quidem eſt, non quintuplo tamen, ut autumat, ſed paulo major. Reliqua errata et confuſiones inauditasque abſurditates, quibus ſcripta ſcatent Herophili de rhythmis dignoſcendis, partim ex tertio commentario De dignoſcendis pulſibus, partim ex illis quae ſeorſum in Herophili artem de pulſibus ſcribam, cognoſcas licet. Nunc vero, quia nec hiſtoriam hac lucubratione, nec confutationem complector, ſed quae perſpexi doceo, ad inaequales pulſus convertam orationem.

Cap. IV. Horum duplex eſt genus; quidam in uno ictu inaequalitatem habent, alii in acervo, quam juniores medici inaequalitatem ſolent appellare collectivam, quod et, ut opinor, acervum collectionem appellant. Igitur de inaequalibus pulſibus hoc in communi omnibus ſciendum eſt, quod in ſecundo libro de pulſuum cauſis oſtendimus, ex obſtructionibus eos, aut ex compreſſionibus inſtrumentorum, aut humorum abundantia ad facultatem quidem collata, aut

συνίστασθαι, χαλεπωτέραν δ᾽ εἶναι τὴν καθ᾽ ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαν τῆς ἐν ἀθροίσματι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μηδόλως κινεῖσθαι τὴν ἀρτηρίαν, ὅπερ ὀνομάζεται διαλείπειν, ἄν τε καθ᾽ ἕνα σφυγμὸν ἄν τε κατὰ σύστημα γένηται, χαλεπόν ἐστιν ὡς οὐδὲν ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἄλλο τῶν ἀνωμάλων γινομένων. ἰδίᾳ δὲ καθ᾽ ἑκάτερον γένος ὑπὲρ ἁπάντων τῶν εἰδῶν ἐπίστασθαι χρὴ, ἀπὸ τῆς ἐν ἀθροίσματι τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλίας ἀρξαμένους. γυμνάσωμεν δὲ τὸν λόγον, καὶ πρῶτον ἐν τῇ κατὰ σύστημα, ἐπειδὴ σαφεστέρα τῆς καθ᾽ ἕνα τετύχηκεν οὖσα. τοὺς μὲν δὴ διαλείποντας σφυγμοὺς ἤτοι διὰ τὸ βαρύνεσθαι πρὸς τοῦ πλήθους ἡ δύναμις ἐργάζεται, κωλυομένη κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐπὶ τὴν κίνησιν ἐξορμᾷν διὰ πάχος, ἢ πλῆθος χυμῶν ἐμφράττον, ἤτοι τὰ στόματα τῶν πλησίων τῆς καρδίας ἀρτηριῶν, δι᾽ ὧν ἕλκει τε καὶ αὖθις ἐκπέμπει τὰς ὕλας, ἢ καὶ μέχρι τινὸς ἀπὸ τῶν στομάτων ὅλην τῶν ἀγγείων τὴν εὐρύτητα. πολλάκις δ᾽ ἔξωθεν αὐταῖς περιχυθὲν τὸ τοιοῦτον πλῆθος οἷον δεσμὸς γίνεται, τὸ μέν πού τι βαρῦνον αὐτὰς οἷον φορτίον, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τὰς

ex cordis inaequali intemperie conftare; difficiliorem porro effe unius pulfus inaequalitatem ea quae in acervo confiftit. Quinetiam haudquaquam moveri arteriarum, quod vocatur intermittere, five in unum pulfum, five in acervum inciderit, periculofum eft, ut nulla omnium fpecierum alia, quae inaequales funt. At feorfum de utriusque generis omnibus fpeciebus dicendum eft, incipiendumque a pulfuum collectiva inaequalitate. Meditemur vero orationem, primum in aequalitate collectiva, quod apertior inaequalitate fit unius pulfus. Intermittentes pulfus facultas, vel quod gravetur ab humorem copia, creat impedita quo minus motum debito tempore aufpicetur, vel per craffitudinem, vel per copiam humorum, quae obftruat, aut ofcilla cordi vicinarum arteriarum, qua attrahit materiam rurfusque emittit; aut ex ofcillis quodamtenus univerfam vaforum capacitatem. Saepe etiam foris illis, quafi vinculum fit, copia ejufcemodi offunditur, nonnunquam inftar oneris gravat; interdum

χώρας εἰς ἃς διαστέλλονται κατα(130)λαμβάνον, ἐνίοτε δὲ καὶ φλεγμονή τις, ἢ σκίῤῥος, ἤ τις ἕτερος ὄγκος τοιοῦτος ἐν τοῖς περιέχουσι τὰς ἀρτηρίας σώμασι συνιστάμενος [261] ἐμποδὼν ἵσταται ταῖς διαστολαῖς αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τοὺς χιτῶνας αὐτῶν τῶν ἀρτηριῶν τοιοῦτόν τι συσταίη, μείζων ὁ κίνδυνος· εἰ δὲ καὶ κατὰ τὸ τῆς καρδίας αὐτῆς σῶμα, τοῦτο μὲν ἤδη κακὸν ἔσχατον, ἐξαιφνίδιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι συγκόπτονται. οὐ μὴν ἥ γε δυσκρασία τῆς καρδίας ὁμοίως ὀλέθριος, ἀλλ' ἐπιεικεστέρα μακρῷ φλεγμονῆς. ἕπεται δ' αὐτῇ δυνάμεως ἀῤῥωστία. καὶ ὅ γε ἀμυδρὸς σφυγμὸς οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν ἢ τῆς τοιαύτης διαθέσεως γνώρισμα. συμμέτρως μὲν γὰρ ἔχουσα κράσεως ἡ καρδία τὸν σφοδρὸν σφυγμὸν ἀπεργάζεται, μοχθηρῶς δὲ τὸν ἀμυδρόν. τὸ δ' ἧττόν τε καὶ μᾶλλον ἑκατέρῳ διά τε τὴν τῆς εὐκρασίας ἐπίτασίν τε καὶ ἄνεσιν. ἐδείχθη γὰρ πλάτος ἔχειν, καὶ διὰ τὴν τῆς δυσκρασίας οὐδὲν ἧττον ὑπάρχον τοῖς σφυγμοῖς. ἀλλὰ μόνη μὲν ἡ δυσκρασία μικρὸν καὶ ἀμυδρὸν ἀποτελεῖ τὸν σφυγμὸν, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καὶ ἀνώμαλον, εἰ μὴ παραβαλλομένη τοῖς χυμοῖς ἡ δύναμις, ὅσοι τε κατ' αὐτὴν τὴν καρδίαν εἰσὶ

τὰς διαγνώσεις τε καὶ προῤῥήσεις καὶ θεραπείας ἐπὶ τούτῳ τῷ δόγματι συμφωνοῦνθ᾽ εὑρίσκομεν, εὐλόγως, οἶμαι, καὶ τοὺς ἑπομένους ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις τῆς καρδίας σφυγμοὺς ἐνταῦθα διήλθομεν. εἰσὶ δ᾽, ὡς ἐλέγομεν, ἔνιοί τινες ἐξ αὐτῶν καὶ χωρὶς ἐκείνης συνιστάμενοι. δίκροτος οὖν τίς ἐστι σφυγμὸς κλονώδης, ὃν δὴ καὶ μόνον ᾤμην τό γε κατ᾽ ἀρχὰς εἶναι πλήττοντα δὶς, ἐξαπατώμενος ὑφ᾽ ὧν ἔλεγεν Ἀρχιγένης, εἰκάζων αὐτὸν ταῖς τῆς σφυρᾶς διπλαῖς πρὸς τὸν ἄκμονα πληγαῖς. ἀποπάλλεσθαι γάρ τι σκληρὸν ἀφ᾽ ἑτέρου σκληροῦ κατὰ τὰς τοιαύτας πληγὰς ὑποθέμενος, ἐξ ὧν ἐσφάλην περὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ πράγματος, ἐκ τούτων καὶ περὶ τὴν διάγνωσιν ἐσφαλόμην. ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ προσεδρεύων ἀεὶ καὶ λιπαρῶς ἐγκείμενος τῇ διαγνώσει τῆς συστολῆς ἐναργῶς ᾐσθόμην ἀρτηρίας ποτὲ μαλακῆς καὶ ἀκλόνου συσταλείσης ἐπὶ βραχὺ, κᾆπειτ᾽ αὖθις ἐκπληρωσάσης τὴν διαστολὴν, ἐκ τούτου τάς τε διαθέσεις ἐφ᾽ αἷς οἱ τοιοῦτοι γίνονται σφυγμοὶ παρεφύλαξα, καὶ χρόνῳ ποτε μακρῷ σὺν πολλῇ τῇ σκέψει βεβαίως ἠδυνήθην ἀποφήνασθαι ταῦθ᾽ ἅπερ νῦν διεξέρχομαι. φαίνεται δέ μοι καὶ ὁ Ἀρχιγένης ἐπιμελῶς μὲν

niaque et in dignoscendo et praecognoscendo et curando convenire cum hoc decreto animadvertimus, non abfurde nos arbitramnr fecisse, qui pulfus hic comitantes cordis inaequalem intemperiem explicavimus. In quibus funt nonnulli, uti dicebamus, qui etiam absque illa conftent. Itaque dicrotus quidam eft pulfus vibratus, quem primo quidem unum bis ferire putavi verbis deceptus Archigenis, geminis ipfum mallei ictibus ad incudem affimulans. Quum enim durum quiddam refultare ab altero duro ftatuiffem, a quibus adductus fum circa notionem rei in errorem, ex iisdem in dignoscenda ipfa fum lapfus. At pofteaquam incumbens femper et inftans fedulo ut contractionem dignoscerem, tandem arteriam manifefto fenfi modo mollem et non vibratam confidere aliquantum, moxque diftentionem conficere, pofthac affectus obfervavi qui habent eos pulfus, et tandem aliquando a multa obfervatione haec potui conftanter quae nunc expono affirmare. Sane mihi videtur etiam Archige-

παραπεφυλακέναι τοὺς δὶς παίοντας σφυγμοὺς, οὔτε δ᾽ ἑρμηνεύειν αὐτοὺς ὀρθῶς οὔτε τὰς διαθέσεις αἷς ἕπονται διαγινώσκειν, ἢ οὐκ ἂν ἁπλῶς οὕτως οὔτε ταῖς τῆς σφυρᾶς διπλαῖς πρὸς τὸν ἄκμονα πληγαῖς εἴκασεν αὐτοὺς οὔτε παρέλιπεν εἰπεῖν ὅστις ὁ τρόπος ἐστὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν. ἀλλ᾽ ἡμῖν γε καὶ τοῦτο εὑρέθη μετὰ χρόνον πολὺν, ὥσπερ καὶ ἄλλα πάμπολλα τῆς θεωρίας. καὶ σὺ οὕτως ἔχειν τὸ πρᾶγμα μὲν εὑρήσεις, εἰ μόνον ἐθέλησάς τινα φιλοπονίαν τε καὶ σπουδὴν εἰσενέγκασθαι περὶ τοὖργον, οἵαν ἡμεῖς εἰσενεγκάμεθα. χωρὶς γὰρ ταύτης οὔτε γνῶναι δυνήσεται τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν οὔτ᾽ αὐτὸς ὠφεληθῆναί τι. τρεῖς οὖν εὑρήκαμεν ἄχρι δεῦρο καὶ διαθέσεις καὶ γενέσεις τῶν δὶς παιόντων σφυγμῶν· μίαν μὲν τὴν τῶν κλονωδῶν, κατὰ τοῦτο μόνον αὐτῶν ἀποκεχωρηκυῖαν, ὅτι βραχέος γενομένου κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σφυγμοῦ τῶν ἑκατέρωθεν μερῶν τῆς ἀρτηρίας ἀφανὴς ὁ κλόνος ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο δίκροτος, οὐ κλονώδης φαίνεται· δευτέραν δὲ καθ᾽ ἣν ὁ μὲν σφυγμὸς ἄκλονός ἐστιν, ἡ δ᾽ ἀρτηρία σκληρὰ καὶ ἡ δύναμις ἀσθενὴς εἰς τοσοῦτον ὡς βαρύνεσθαι μὲν ὑπὸ τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, ὅμως δὲ κατά τι μέρος ἐν τῷ

nes accurate pulſus bis ferientes obſervaſſe, ſed parum bene eos declarare et affectus quos comitantur ignorare. Neque enim ita nude eos, neque mallei geminis ictibus ad incudem aſſimilaret; neque praeteriret, unde procedant, originem. Id quod etiam nos multo poſt tempore aſſecuti ſumus, necnon hujus commentationis alia complura. Tumque rem eſſe ita comperies, ſi modo diligentiam aliquam et ſtudium in opus conferre volueris, quale nos adhibuimus; nam absque eo nec cognoscere de illis quicquam veri valeas et ipſe operam ludas. Tres ergo affectus hactenus originesque bis ferientium pulſuum invenimus; unam vibratorum, hac ſola re ab illis diſtinctam, quod quum brevem pulſus longitudinem habeat ex utraque parte arteriae, obscura vibratio ſit; quamobrem dicrotus, non vibratus videtur; alteram, in qua non vibratus eſt pulſus, ſed arteria dura adeoque facultas imbecilla, ut a corporibus incumbentibus gravetur, tamen aliqua parte ſita ad cutem attol-

Ed. Chart. VIII. [269.] Ed. Baf. III. (134.)

δέρματι τεταγμένον ἀκωλύτως ἀναφέρεσθαι. τούτου γὰρ μόνου τοῖς ἁπτομένοις εἰς αἴσθησιν ἥκοντος, ἔσται ποτὲ δίκροτος ὁ σφυγμὸς, ὅταν ἐξορμῆσαν αὐτὸ διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων κουφότητα πάλιν ἀντισπάσῃ κατέχοντά τε καὶ μὴ συνεπόμενα τὰ ἑκατέρωθεν μόρια, τὰ πρὸς τῶν ἐπικειμένων σωμάτων βαρυνόμενα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μήτ᾽ αἰσθητὴν ὅλως ποιούμενα τὴν κίνησιν μήθ᾽ ἣν ποιεῖται τὴν αὐτὴν τῷ φαινομένῳ μέρει τῆς ἀρτηρίας, ἀλλὰ μεμελημένην τε καὶ βραδύνουσαν. ἐν τούτῳ γὰρ ἀντισπᾶσθαι συμβαίνει πρὸς αὐτῶν τὸ φθάνον ἐξορμῆσαι, σκληρᾶς οὔσης τῆς ἀρτηρίας. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὴν ἀντίσπασιν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν. οὗτοι μὲν οὖν οἱ δύο σφυγμοὶ δίκροτοί τ᾽ εἰσὶ καὶ σκληροὶ, ὁ δὲ τρίτος ὁ ἐπὶ δυσκρασίᾳ γινόμενος οὔτε δίκροτος, ἀλλὰ δὶς πλήττων μόνον, οὔτ᾽ ἐξ ἀνάγκης σκληρός. εἰ δὲ καὶ τοῦτόν τις ὀνομάζειν ἐθέλει δίκροτον, οὐδὲν διαφέρει. μεμνήσθω δὲ μόνον ὡς οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς ἀποπαλλομένοις σώμασιν ἀπὸ σκληρῶν σκληροῖς, ἀλλ᾽ ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, διαμαχομένων ἀλλήλαις γίγνεται τῶν δύο δυνάμεων, [270] τῆς τε διαστελλομένης καὶ τῆς συστελλούσης τὴν

latur libere; hanc enim quum folam fenfu percipiant tangentes, erit aliquando pulfus dicrotus, ubi prae oneris levitate exilientem illam partes utrinque confidentes, nec confequentes retrahant, a corporibus impofitis gravatae; quae idcirco nec fenfibilem concitant motum, nec quem concitant, hunc concitant fimiliter parti arteriae confpicuae, caeterum cunctantem et morantem. Interea enim fit ut ab illis quae prius exiliit retrahatur, quum dura eft arteria, nam alias in ejuscemodi affectibus non fiat retractio. Atque hi quidem duo pulfus tum dicroti funt tum duri. Tertius, qui ex intemperie nascitur, haud eft dicrotus, fed bis modo pulfans, neque neceffario durus, quem fi velit quis dicrotum appellare, nihil refert, hoc tantum meminerit, non effe fimilem corporibus duris, quae a duris repercutiantur, fed ut paulo ante diximus, concertantibus fit mutuo duobus facultatibus, et quae diftendit et quae contrahit cor. At

καρδίαν. ἐν τίσι δὲ νοσήμασι καὶ κατὰ ποίας αἰτίας τε καὶ διαθέσεις εἰς ἀνώμαλον ἀφικνεῖται δυσκρασίαν ἡ καρδία, νῦν μὲν οὐκ ἐπείγει λέγειν, ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὑπομνήμασιν εἰρήσεται. κατὰ δὲ τὸ παρὸν ἀρκέσει τό γε τοσοῦτον, ὡς ἐπὶ ταῖς ἀνωμάλοις δυσκρασίαις τῆς καρδίας, καὶ ὅσα γε κατ᾽ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ σπλάγχνου συνίστανται, γίγνεται μὲν καὶ ὁ δὶς παίων σφυγμὸς, γίγνεται δὲ καὶ ὁ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν ἀπολλὺς, ἔτι τε πρὸς τούτοις καὶ ὁ κολουόμενος τὴν διαστολήν. ἐδείχθη δ᾽ ὅτι καὶ οἱ διακοπτόμενοι τὴν κίνησιν ἡσυχίᾳ καὶ αὐτοὶ γίγνονται πάντες ἐπὶ ταῖς ἀνωμάλοις τῆς καρδίας δυσκρασίαις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσοι χωρὶς τοῦ διακόπτεσθαι τὴν διαστολὴν ἀνώμαλοι φαίνονται κατὰ βραδύτητά τε καὶ τάχος, εὔδηλον ὅτι καὶ οὗτοι πρὸς ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ὑφ᾽ ὧν ἐδείχθησαν γίγνεσθαι καὶ αὐτὴν ταύτην ἕξουσιν ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος ἐνέστηκε, τὴν ἀνώμαλον τῆς καρδίας δυσκρασίαν, ὅταν ἐπὶ τοσοῦτον ἀλλήλοις διαμάχηται τὰ θερμὰ μόρια τοῖς ψυχροῖς, ὡς ποτὲ μὲν ἀναγκάζεσθαι βραδύνειν τὰ θερμὰ πρὸς τῶν ψυχρῶν κατεχόμενα, ποτὲ δὲ θᾶττον κινεῖσθαι τὰ ψυχρὰ πρὸς τῶν θερμῶν ἐφελκόμενα.

Κεφ. θ΄. Ἕτερον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις γένος ἐστὶν

quibus in morbis quibusque de cauſis et affectibus ad inaequalem cor intemperiem deveniat, nihil eſt quod nunc dicam, ſed in proximis commentariis explicabitur. Tantum hoc loco ſatis ſit, inaequalem intemperiem cordis, quae quidem in ipſo corpore visceris conſiſtat, comitari pulſum bis ferientem, conſequi etiam illum qui perdidit externam quietem, ad haec illum cujus impeditur diſtentio. Praeterea demonſtravimus illos quorum motus interpellatur quiete, comitari omnes inaequalem cordis intemperiem. Quin etiam citra interpellatam diſtentionem, qui inaequali repraeſentantur tarditate et crebritate, plane etiam hi praeter alias a quibus gigni eos demonſtravimus et hanc cauſam obtinebunt de qua ſermo habetur, inaequalem cordis intemperiem; ſi quando inter ſe adeo contendant calidae partes cum frigidis, ut ſubſiſtere interdum neceſſe habeant calidae retentae a frigidis, interdum celerius frigidae moveri a calidis attractae.

Cap. IX. Alind ad ſuperiora genus eſt inaequalitatis

ἀνωμαλίας τῆς καθ᾽ ἕνα σφυγμὸν, οὐκ ὀλιγάκις φαινόμενον, οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγων παθῶν, ἀλλ᾽ εἴπερ τι καὶ ἄλλο πολλάκις τε καὶ ἐπὶ πολλῶν. εὑρίσκεται δὲ ἐν αὐτῷ τὸ ἐγγύτερον τῆς ἀρχῆς μέρος τῆς ἀρτηρίας πρότερον κινούμενον. καὶ ὅ γε κυματώδης τε καὶ ὁ σκωληκίζων σφυγμὸς ἐκ τούτου τοῦ γένους εἰσὶν, ἐπὶ μαλακῇ μὲν ἀρτηρίᾳ, δυνάμει δ᾽ οὐκ εὐρώστῳ συνιστάμενοι. ὁ μὲν οὖν σκωληκίζων οὐ μόνον οὐκ εὔρωστον, ἀλλὰ καὶ καταλελυμένην ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν, ὁ δὲ κυματώδης ἐστὶν ὅτε μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον οὐκ εὔρωστον, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καταλελυμένην, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τόνου μετρίου μετέχουσαν, ἡνίκα μάλιστα κρίσιμον ἱδρῶτα προδηλοῖ. εὑρίσκεται (135) μὲν γὰρ ἐν ὑγροῖς τε καὶ σφυγματικοῖς νοσήμασιν, ὅταν αὐτὰ τὰ στερεὰ σώματα μαλακὰ γένηται τῷ πλήθει τῆς ὑγρότητος τεγχθέντα. συμβαίνει δὲ μάλιστα τοῦτο κατὰ τὰ ληθαργικὰ πάθη καὶ τοὺς ἀμφημερινοὺς πυρετοὺς, καὶ προσέτι τοὺς ἑλώδεις τε καὶ τυφώδεις ὀνομαζομένους. καὶ δὴ καὶ βραδύτητα καὶ ἀραιότητα καὶ μέγεθος ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὁ σφυγμὸς προσλαμβάνει. εἰ δὲ καὶ ὕψος ἢ σφοδρότητά ποτε προσκτήσαιτο, κρίσιμον ἱδρῶτα δηλώσει·

in uno pulſu, quod non raro animadvertitur, nec in paucis affectibus, imo praeter caetera frequenter atque in multis. Invenitur hoc tum, quum arteriae propinquior pars principio prius movetur. In quo genere undoſus atque vermiculans pulſus ſunt, quos mollis arteria et facultas non valida conſtituunt. Ac vermiculans non modo non validam, ſed et infirmam facultatem denunciat. Undoſus interdum hoc ipſum duntaxat ſignificat, non firmam eſſe, non ſtatim tamen infirmam, interdum etiam mediocriter firmam, quum praeſertim decretorium ſudorem promittit, in humidis enim invenitur et pituitoſis morbis, quum ipſa ſolida corpora nimia humiditate imbuta emollita ſint, id quod potiſſimum accidit in morbis lethargicis et febribus quotidianis, illisque etiam quas paluſtres et typhodes appellant. Jam etiam tarditatem et raritatem magnitudinemque in his omnibus acquirit pulſus; qui ſi praeterea altitudinem et vehementiam nactus ſit, decretorium ſudorem ſignificabit. Magis hic

μᾶλλον δ᾽ ἐλπίζειν ἔσεσθαι τοῦτο πλεόνων τῶν σφοδρῶν τε καὶ ὑψηλῶν φαινομένων ἤπερ τῶν ἐναντίων. εἰ δ᾽ ὁμαλῶς τοιοῦτοι φαίνοιντο, χρηστὸν ἅμα καὶ διὰ ταχέων ἔσεσθαι τὸν ἱδρῶτα σημαίνουσι, καὶ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος ὑπάρχει γνωρίσματα. πρόδηλον δὲ δήπουθεν ὡς οὔτε φλεγμονή τις οὔτε σκίῤῥος οὔτε πῆξις ἐκ ψύξεως οὔτε ξηρότης ἄμετρος οὔτε σπασμώδης διάθεσις ὑπάρχει κατὰ τὸ σῶμα τἀνθρώπου κυματώδους ὄντος τοῦ σφυγμοῦ, διότι μήτε σκληρύνεσθαι δυνατόν ἐστι μήτε τετάσθαι τὴν ἀρτηρίαν ἐν τῷ τοιούτῳ σφυγμῷ. χρὴ γὰρ, ὡς ἀρτίως εἴρηται, μαλακὴν ἀκριβῶς ὑπάρχειν αὐτὴν, ἵν᾽ ὅταν ὁ διεγείρων τε καὶ διαστέλλων τόνος ὀκλάσῃ κατά τι, κατ᾽ ἐκεῖνο καὶ αὕτη καταπίπτουσα τὴν οἷον κύματος ἐργάζηται περιγραφήν. ἡ σκληρὰ δὲ καὶ ἡ τεταμένη, κἂν ἐνδῷ κατά τι τῆς διαστελλούσης αὐτὴν δυνάμεως ἀῤῥωστούσης, ἀλλά τοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μόριον συνεξαίρεται τοῖς ἑκατέρωθεν. [271] ὅθεν οὐδ᾽ εἰ φανείη ποτὲ κατὰ τὴν σκληρὰν ἀρτηρίαν ὁ σφυγμὸς τοιοῦτος, ὡς τὸ πρότερον ἀεὶ μέρος αὐτῆς διαστέλλεσθαι πρότερον, οὐδὲ τότε κυματώδης ἢ σκωληκίζων γενήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνωμαλίαν ἔχων τὴν

ſperandus eſt, ſi plures vehementes et alti appareant quam contrarii. Qui ſi aequaliter appareant, ſalubrem ſimul et brevi ſudorem promittunt, maxime ſi indicia appareant concoctionis morbi, ſiquidem liquet utique nec inflammationem ullam, nec ſcirrhum, nec conſtrictionem ex frigore, nec immodicam ſiccitatem, nec affectum convellentem corpus hominis, ſi undoſus ſit pulſus, tenere, quod nec indurescere in eo pulſus, nec tendi arteria poſſit; etenim molli omnino, ut modo dictum eſt, ea eſt opus, quo quum robur, quod excitat et diſtendit, claudicet alicubi, illic haec decidat atque velut undae formam efficiat. At dura et contenta etiam ſicubi infirma quae ipſam attollit facultate ceſſerit, ea ipſa tamen pars una cum illis quae ex utroque latere ſunt attollitur. Proinde in dura arteria, ne ſi quando reperias quidem ejuscemodi pulſum, ut prior ſemper ejus pars prius diſtendatur, undoſus tum vel vermiculans fiet; verum potius inaequalitatem habebit, quae conſiſtit in pri-

κατὰ τὸ πρότερόν γε καὶ ὕστερον μέρος τῆς ἀρτηρίας τοῦ χιτῶνος κινουμένης γινομένην. οἱ κυματώδεις δὲ καὶ οἱ σκωληκίζοντες καὶ τοῦτο μὲν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἷον κυμάτων περιγραφὴν ἐξ ἐπιμέτρου προσλαμβάνουσιν, εὑρίσκονται δ' ἐν τοῖς ὑγροῖς, ὡς εἴρηται, πάθεσιν, ὅταν μήτε σκίῤῥος ᾖ περὶ σπλάγχνον τι μήτε φλεγμονὴ, ἐπεί τοι κἀν τοῖς ὑδέροις, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνασάρκα τε καὶ λευκοφλεγματίαις ὀνομαζομένοις τοιοῦτος ἂν ἐφαίνετο διαπαντὸς ὁ σφυγμὸς, εἰ μὴ διὰ τὸ σκιῤῥοῦσθαί τινα σπλάγχνα συνέβαινον οἱ ὕδεροι τὰ πολλά. τοῖς γὰρ ἐξ αἱμοῤῥοΐδος ἐπισχέσεως ἢ καταμηνίων ἐποχῆς ἐθεασάμεθα πολλάκις ἀκριβεῖς κυματώδεις τε καὶ σκωληκίζοντάς ἑπομένους σφυγμοὺς, ἐπειδὴ πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις ὑδέροις οὐδὲν τῶν σπλάγχνων σκιῤῥοῦται. οὐκοῦν, ἀναληπτέον γὰρ αὖθις ἐπὶ κεφαλαίων τὸν λόγον, ὁ κυματώδης σφυγμὸς ὑγρᾶς ἐστι καὶ μαλακῆς ἀρτηρίας ἔγγονος, ἅμα δυνάμει καμνούσῃ μετρίως, ὁ δὲ σκωληκίζων ἀρτηρίας μὲν μαλακῆς, ἀῤῥώστου δ' ἱκανῶς δυνάμεως. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ χωρὶς πυρετῶν ὡς τὰ πολλὰ φαίνεται γινόμενος ἐπὶ κενώσεσι

ma et ultima parte arteriae quae movetur tunicae. Undoſi et vermiculantes quum hoc habent tum vero cumulum obtinent quaſi undarum formam, qui in humidis occurrunt affectibus, quum nulli visceri ſcirrhus ineſt, aut inflammatio. Verum enimvero et in hydrope, praecipue qui anaſarca et leucophlegmatias vocatur, talem perpetuo pulſum reperies, niſi quia induruerint ſcirrho quaedam viscera, acciderit, quod ſrequens eſt, hydrops. Nam illum quidem quem ſuppreſſa haemorrhois, vel menſtruorum ſuppreſſio commiſit, attendimus exactos ſaepe undoſos et vermiculantes pulſus comitari; quandoquidem frequenter in ejuscemodi hydrope nullum indurescit ſcirrho viscus. Itaque ut de integro ſermonem ſummatim reſumam, undoſus pulſus ex humida mollique arteria oritur, ſimulque ex facultate modice affecta; vermiculans ex molli quidem, verum ex debilitata inſigniter facultate. Quamobrem etiam ſine febribus vere ſolet largis vacuationibus ſuccedere ſanguinisque

λάβροις αἱμοῤῥαγίαις τε καὶ διαῤῥοίαις καὶ χολέραις καὶ καθάρσεσιν ἰσχυραῖς ἐμέτοις τε σφοδροῖς καὶ οὔροις παμπόλλοις καὶ καταμηνίων ἀμέτροις καταῤῥήξεσιν. οὕτως δὲ καὶ ταῖς δι᾽ αἱμοῤῥοΐδων κενώσεσι καὶ ταῖς ἐκ μήτρας αἱμοῤῥαγίαις, ἔτι τε τῷ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ καὶ μοχθηροῖς ἱδρῶσιν ὁ τοιοῦτος ἐπιγίνεται σφυγμὸς, οὐδὲν ἧττον δὲ καὶ τοῖς ὑγρότητι πολλῇ διασαπεῖσι τὴν πνεύμονα, καθ᾽ ὃν ἤδη χρόνον ἂν ἡ δύναμις αὐτῶν κάμνῃ. εἰ μέντοι τι φλεγμονῶδες ἐπιγένηται τῇ τοιαύτῃ διαθέσει, σκληρότητα προσλαμβάνοντες οὐκ ἔτι φαίνονται σκωληκίζοντες. διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ τοῖς ἑκτικοῖς ὀνομαζομένοις πυρετοῖς, ὧν εἰσι καὶ οἱ μαρασμώδεις ἅπαντες καὶ οἱ ἐπὶ ταῖς φθόαις, οὐ γίνονται σκωληκίζοντες οἱ σφυγμοὶ, γενόμενοι πάντως ἂν, ὅσον ἐπὶ τῷ κάμνειν τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ἡ συνοῦσα τοῖς πάθεσι ξηρότης σκληρὰς ἀποτελεῖ τὰς ἀρτηρίας. ἡ μέντοι τοῦ γένους τούτου τῶν σφυγμῶν ἀνωμαλία συμπίπτει πάντως αὐτοῖς, ὅταν ἱκανῶς κάμνουσι τὴν δύναμιν ἐφ᾽ ἧς εἴπομεν ἐν προτέρῳ μορίῳ τῆς ἀρτηρίας τὴν κίνησιν φαίνεσθαι πρότερον, ὅπερ

profluviis et alvi fluoribus, choleris, validis purgationibus, vomitibus vehementibus, urinis copiofis, denique menfium immodicis profluviis, ad haec vacuationibus per haemorrhoidas fanguinisque ab utero profluviis. Jam fluorem etiam muliebrem quem vocant fudoresque pravos hic pulfus excipit, et vero etiam hos quibus immodica humiditate computruit pulmo, id fcilicet temporis, quum eorum jam laboret facultas. Verum fi qua tamen eum affectum inflammatio confequatur, additur illis durities, neque amplius videntur vermiculantes. Proinde nec hecticas quas vocant febres, in quarum numero marcidae funt omnes et quae tabi funt adjunctae confequuntur pulfus vermiculantes, confequuturi omnino, quod ad affectam attinet facultatem, nifi conjuncta hisce affectibus ficcitas arterias redderet duras. Attamen habent illi prorfus hujus generis pulfuum inaequalitatem, ubi fuerit infigniter facultas debilitata, ob quam in priore arteriae parte diximus prius appa-

Ἐρασίστρατος μὲν ἀεὶ βούλεται γίνεσθαι, φαίνεται δ᾽ οὐχ ὧδε συμβαῖνον, ἀλλ᾽ ὡς δὴ νῦν λέλεκται.

Κεφ. ί. Ἑξῆς τοῖς εἰρημένοις σφυγμοῖς εἰσιν οἱ προσαγορευόμενοι μύουροι. διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῶν ἐστι, τὸ μὲν ἕτερον ἐν μιᾷ διαστολῇ τῆς ἀρτηρίας, τὸ δὲ ἕτερον ἐν ἀθροίσματι. τὸ μὲν οὖν ἐν μιᾷ διαστολῇ γιγνόμενον ἀσθένειαν ἐνδείκνυται δυνάμεως ἅμα σώματος ἰσχνότητι. χρὴ δ᾽ ἐπιβάλλοντα τοὺς δακτύλους ἅπτεσθαι τῆς ἀρτηρίας, εἶθ᾽ ὅταν ἐν τούτῳ φαίνηται κατὰ μὲν τὰ πρῶτα μέρη τῆς ἀρτηρίας μείζων ὁ σφυγμὸς, ἢ σφοδρότερος, ἢ συναμφότερον, ἐν δὲ τοῖς ὑποκάτω μικρότερος, ἢ ἀμυδρότερος, ἢ ἄμφω, τὸ μὲν πρῶτον τῶν ἐπιβεβλημένων δακτύλων ἐπαίρειν καὶ σκοπεῖσθαι πότερον ὁμοίας τῇ πρὶν ἀρθῆναι τοῦτον αἰσθάνονται κινήσεως οἱ ἐφεξῆς, ἢ σφοδροτέρας τε καὶ μείζονος. ἀμυδροτέρας μὲν γὰρ, ἢ μικροτέρας ἀδύνατον αἰσθάνεσθαι, τοῦ πρώτου δακτύλου [272] μετεωρισθέντος. εἰ μὲν οὖν ὁμοίας ἔτι κινήσεως οἱ μετὰ τὸν ἐπαρθέντα δάκτυλον αἰσθάνονται, κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ἡ ἀρτηρία μυούρως διεστέλλετο, καὶ εἴη

rere motum; quod eſſe Eraſiſtratus perpetuum confirmat, verum ſecus ſe res habere cernitur, ut nunc declaravimus.

Cap. X. Poſt praedictos pulſus ſunt illi quos decurtatos appellant. Horum duplex eſt genus, alterum in una diſtentione arteriae, alterum in acervo. Quod in una diſtentione fit, facultatis imbecillitatem una cum corporis gracilitate arguit. Eſt autem admotis digitis arteria tangenda, deinde, ſi animadvertatur interea in arteriae primis partibus major pulſus vel vehementior, vel uterque, in poſtremis minor vel languidior vel ambo, primus digitorum applicatorum eſt attollendus, perſpiciendumque utrum ſimilem illi qui ante erat quam hic ſuſtolleretur ſequentes digiti motum percipiant, an vehementiorem et majorem; nam languidiorem quidem certe vel minorem, ubi elevatus ſit primus digitus, omnino ſentire nequeas. Ergo ſi motum ſimilem digiti ſequentes ſublatum digitum ſentiant, ſua ſponte arteria decurtatam diſtentionem habebat, quod nobis

Ed. Chart. VIII. [272.] Ed. Baf. III. (135.)

ἂν τοῦτο σημεῖον ἀτόνου δυνάμεως, ἣν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐπιῤῥεῖν αὐταῖς ἐπεδείξαμεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἄχρι τοῦ πέρατος ἁπασῶν τῶν ἀρτηριῶν ὁ διαστέλλων αὐτὰς τόνος ὁμοίως ἐξικνεῖται· κατὰ δὲ τοὺς μυουρίζοντας ἐκλύεται κατὰ βραχὺ τοσοῦτον ἑαυτοῦ γινόμενος ἀσθενέστερος ὅσον ἀποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς. εἰ δ᾽ ἐπάραντός σου τὸν πρῶτον δάκτυλον, μετ᾽ αὐτὸν ἰσχυροτέρας τε καὶ μείζονος ἢ πρόσθεν αἰσθάνοιο τῆς κινήσεως, ἐνδείκνυται μὲν δήπου καὶ νῦν ἀῤῥωστίαν τῆς κατὰ τὴν ἀρτηρίαν δυνάμεως, ἀλλ᾽ ἐλάττονα τῆς προειρημένης. ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ ἡ δύναμις ἐξελύετο τῆς ἀρχῆς ἀποχωροῦσα, νυνὶ δὲ διαμένει μὲν ἴση κατά γε τὸν ἑαυτῆς λόγον, ἡ δ᾽ ἀρτηρία βαρυνομένη πρὸς τῆς τῶν δακτύλων ἐπιβολῆς ἀσθενέστερον κινεῖται. ἧττον δ᾽ ἔσται τοῦτο κινδυνῶδες. οὐ γὰρ αὐτῆς καρδίας τοσοῦτον ὅσον τῆς ἀρτηρίας ἧς ἁπτόμεθα τὴν διάθεσιν ἐνδείκνυται. τὸ δ᾽ ἕτερον αὐτὴν μᾶλλον ἀῤῥωστεῖν ἐνδείκνυται τὴν καρδίαν, μὴ δυναμένην ὁμοίως ὡς πρόσθεν ἐκτείνειν ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἄχρι τῶν ἐσχάτων τοῦ ζώου μορίων τὴν ἐνέργειαν. πολυειδῶς οὖν ἐπιβάλλειν ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς χρὴ τοὺς δακτύλους ὑπὲρ

infirmae facultatis erit veftigium, quam in illas docuimus ex corde influere. Nam illa quando bene comparata eft, usque ad finem arteriarum omnino contentio, quae attollit eas, fimiliter permeat, at in pulfibus decurtatis paulatim exolvitur tantoque efficitur folito imbecillior, quantum eft a principio remota. Quod fi elevato tu primo digito, poftea motum percipias quam antea validiorem atque majorem, declarat ille quidem etiamnum facultatis arteriae debilitatem, fed minorem certe quam ille quem prius diximus, quod illic facultas exolveretur discedens a principio, hic maneat quantum in ipfa eft par, fed gravata ab injectis digitis imbecillius moveatur arteria; quod quidem minus habet periculi, neque enim ita ipfius cordis, ut arteriae quam tangimus oftendit affectum, alterum ipfum potius debile effe cor fignificat, quod protendere non perinde ac prius a fe actionem ad extremas usque partes animantis queat. Quare in hoc genere pulfuum, ut exquirere ad unguem poffis

Ed. Chart. VIII. [272.] Ed. Baſ. III. (135. 136.)

τοῦ μαθεῖν ἀκριβῶς ἅπασαν τῶν ἀρτηριῶν τὴν διάθεσιν. ἡ μὲν γὰρ πιέζουσα τὴν ἀρτηρίαν ἐπιβολὴ τῶν δακτύλων ἀσφυξίαν εἶναι δόξει κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις, ἡ δ᾽ ἐπιπολῆς ψαύουσα μυούρου φαντασίαν ἕξει τοῦ σφυγμοῦ, καὶ ἤτοι μόνοις δύο δακτύλοις, ἢ τρισὶν, ἢ καὶ τοῖς τέσσαρσιν ὑποπίπτοντος. ἔσται δὲ τοῦτο παρά τε τὴν ἰσχνότητα τοῦ ζώου καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. εἰς ὅσον μὲν γὰρ ἰσχνότερόν ἐστιν, εἰς τοσοῦτον πλεῖον ἡ ἀρτηρία σημαίνει· εἰς ὅσον δ᾽ ἧττον ἰσχνὸν, εἰς τοσοῦτον ἔλαττον. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν δύναμιν εἰς (136) ὅσον μὲν εὐρωστοτέρα, πλέον, ἔλαττον δ᾽ εἰς ὅσον ἀσθενεστέρα. κατὰ δὲ τὴν τοιαύτην ἐπιβολὴν, ὁπόταν ἀρθέντος τοῦ πρώτου δακτύλου μηκέτι παραπλήσιος ὁ σφυγμὸς διαμένῃ κατὰ τὸν δεύτερον, ἀλλὰ μείζων τε φαίνηται καὶ ἰσχυρότερος, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς καρδίας τόνος εὐρωστότερος, ὁμαλῶς γὰρ ἄχρι πέρατος ἐπιῤῥεῖ, βαρυνθεῖσα δ᾽ ἡ ἀρτηρία κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τοῦ πρώτου δακτύλου χεῖρον ἐν τῷ μετ᾽ αὐτὸν διαστέλλεται, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ βαρύνοντος ἀρθέντος ἄμεινον. εἰ δ᾽ ὅμοιος ὁ σφυγμὸς φαίνοιτο κατὰ τὸν δεύτερον δάκτυλον τῷ φαινομένῳ, πρὶν ἀρθῆναι τὸν

totum arteriarum affectum, varie admotis opus eſt digitis. Nam arteriam digiti applicati ſi premant, abolitus eſſe pulſus in hisce affectibus apparebit, ſin attingas leviter, imaginem praebebit pulſus decurtati et vel duobus duntaxat digitis vel tribus vel etiam quatuor occurrentis. Hoc ex gracilitate animantis accidet et facultatis imbecillitate; quod quo ſit gracilius, hoc plus arteria appareat, quo craſſius, hoc minus. Et ex facultate item, quae quanto eſt firmior, tanto plus, et tanto minus, quanto imbecillior eſt. Atque in ea ratione tangendae arteriae, quum ſublato primo digito non jam ſimilis ad ſecundum pulſus permaneat, ſed appareat major vehementiorque, eſt validior quidem cordis contentio, ut quae aequaliter usque ad finem influat, ſed onerata admoto primo digito arteria deterius, quum ille adſit, diſtenditur, quocirca remoto illo qui gravabat, melius. Quod ſi aſſimilis pulſus ad ſecundum digitum videa-

πρῶτον, τὸ μύουρον τῆς κινήσεως ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρτηρίαις ἐστὶν, οὐκ ἐν τῇ πρὸς τὴν ἁφὴν διαγνώσει. καὶ γίγνεται τοῦτο τῆς ἀπὸ καρδίας αὐταῖς ἐπιῤῥεούσης δυνάμεως ἐκλυομένης κατὰ βραχύ. εἰ δὲ κρείττων μὲν ἡ κίνησις φαίνοιτο τῆς ἀρτηρίας ἀρθέντος τοῦ πρώτου δακτύλου, μὴ μέντοι γε ἀκριβῶς ἴση τῇ κατὰ τὸν πρῶτον, ἀμφοτέρας ἐνδείκνυται τὰς διαθέσεις ὑπάρχειν ἅμα. καὶ ὡς τὰ πολλά γε οὕτω συμπίπτειν εἴωθεν ἐν ἁπάσαις ταῖς τοιαύταις ἀνωμαλίαις. ἐπιβλέπειν οὖν χρὴ μετὰ τοῦτο πολλοὺς ἐφεξῆς σφυγμοὺς καὶ παραβάλλειν ἀκριβῶς ἀλλήλαις τὰς κινήσεις. ἐνίοτε μὲν γὰρ οἷά περ ᾖ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, τοιαῦται γίνονται πᾶσαι. πολλάκις δὲ ἐπὶ τὸ μικρότερόν τε καὶ ἀμυδρότερον ἴασιν. ἐφ᾽ ὧν δηλονότι καὶ ἡ δύναμίς ἐστιν ἀσθενεστέρα. εἰ δὲ καὶ τελέως ἐκλείποιεν, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον ἐνδείξονται τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως. ἐν τούτῳ δὲ χρὴ πάντας ἄραντας τοὺς δακτύλους, εἶτ᾽ ὀλίγον τινὰ διαλιπόντας χρόνον αὖθις ἐπιβάλλειν. εὑρεθήσονται γὰρ τὰ πολλὰ κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιβολὴν αἱ ἀρτηρίαι σφύζουσαι. ὡς εἴ γέ ποτε παντελὴς ἀσφυξία φαίνοιτο καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἐπιβολὴν, [273] ἰστέον ἐν ἐκείνῳ

tur ac videretur prius quam elevaretur primus, decurtatus motus in ipfis arteriis eft et non in exploratione per tactum, id quod fit quum ex corde quae influit facultas remittitur paulatim. Sin moveri arteria fublato primo digito melius videatur, non plane tamen fimiliter ut ad primum digitum, ambos affectus denotat conjunctos effe. Et fane fic fere folet fieri in ejuscemodi inaequalitatibus. Quare multi poftea funt pulfus refpiciendi comparandique inter fe accurate motus; etenim qualis erat in prima applicatione, tales aliquando omnes fiunt. Saepe vero minores redduntur et languidiores, in quibus pariter debilis eft facultas. Sin deficiant prorfus, tum multo fane magis declarabunt facultatis imbecillitatem. Atqui hic funt fummovendi omnes digiti, deinde fpatio parvo interpofito de integro admovendi; etenim invenies plerumque, quum iterum digitos admoveris, arterias pulfantes. Nam fi omnino pulfus abolitus videatur etiam in hac applicatione, fciendum eft ipfo

γ' αὐτῷ τῷ χρόνῳ πεποιῆσθαι τὴν προτέραν ἐπαφὴν, ἐν ᾧ συνέβαινε ταῖς ἀρτηρίαις εἰς ἀσφυξίαν ἀφικνουμέναις ὀλίγον ἔτι τῆς κινήσεως ἀποσάζειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὡς ἔφην, σπάνιον, ὡς τὰ πολλὰ δὲ διαλείποντες, εἶτ' αὖθις ἁπτόμενοι σφυζούσας εὑρίσκομεν, ᾧ καὶ δῆλον ὡς οὐ φέρουσαι τῶν δακτύλων τὴν ἐπιβολὴν εἰς ἐσχάτην ἀμυδρότητα κινήσεως ἀφικνοῦνται. καὶ τοῦτ' ἦν αἴτιον ἄρα τὸ διαλανθάνειν ἡμᾶς τὸν σφυγμὸν, ὡς ἂν καὶ αὐτῆς τῆς ἀσφυξίας κατὰ διττὸν τρόπον γινομένης, ἢ τῷ μὴ σφύζειν ὅλως τὰς ἀρτηρίας, ὅπερ ἂν εἴη κακὸν ἔσχατον, ἢ τῷ σφύζειν μὲν, ἀλλ' οὕτως μὲν ἀμυδρόν τε καὶ μικρὸν, ὡς ἐκφεύγειν τὴν αἴσθησιν. ἔστι μὲν δὴ καὶ ἡ τοιαύτη διάθεσις, εἰ χωρὶς λειποθυμίας τινὸς προσφάτου γίνοιτο, χαλεπωτάτη, πολὺ δὲ ἔτι χείρων ἡ ἑτέρα, καθ' ἣν ὄντως οὐ σφύζουσι, μᾶλλον δ' οὐ πολὺ χείρονα χρὴ λέγειν ἐκείνην, ἀλλ' ὀλεθριωτάτην τε καὶ χειρίστην, ὡς ἂν ἤδη νενεκρωμένων τῶν ἀρτηριῶν. εἰ μέντοι πλέονι χρόνῳ τῶν δακτύλων ἐπικειμένων ἀβιάστως τε καὶ ὡς ψαύειν μόνον ἐπανέρχοιτο πάλιν ἡ κίνησις, ἧττον ὀλέθριος ἡ τοιαύτη διάθεσις. ἐπανέρχεται δὲ ποτὲ μὲν εἰς ἀσφυξίαν ἐσχάτην

illo tempore primam applicationem factam esse, quo arteriis usu venit ad abolitionem pulsus tendentibus parvam adhuc portionem motus retinere. Sed hoc, ut dixi, est rarum; nam fere si paulo post iterum tangamus, offendimus pulsantes. Quare declaratur illas, quum admotos digitos non ferant, ad motus extremam remissionem devenire; atque hoc in causa erat, cur nos pulsus lateret. Etenim bifariam et ipse aboletur pulsus, vel quia prorsus non pulsant arteriae, quod extremum malum denotat, vel quia pulsant quidem, sed ita languide et parum ut sensum fugiant. Sane est hic affectus, si remotus sit ab omni animi defectu repentino, gravissimus; sed vero multo etiam deterior alter, in quo vere non pulsant, deterior autem multo, imo exitiosissimus et pessimus, nimirum demortuis jam arteriis. At vero si diutius applicatis leniter digitis palpent tantum, reciprocetur motus, is minus exitialis affectus est. Reciprocatur modo ad ultimam pulsus abolitionem, modo ad

ἀφικνουμένη, ποτὲ δ' εἰς μικροσφυξίαν τε καὶ ἀμυδρότητα. καὶ τοίνυν καὶ καλοῦνται παλινδρομοῦντες μὲν ἀμφότεροι, διαφέρουσι δὲ τῷ τοὺς μὲν μυούρους εἶναι παλινδρομοῦντας, τοὺς δ' ἐκλείποντας παλινδρομοῦντας. ἄμεινον δ' ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπισκέψεσιν οὕτω σχηματίζειν τὸ μόριον, ὅτου περ ἂν ἁπτόμενοι τύχωμεν, ὡς ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίας εἶναι τὴν ἡμετέραν ἁφὴν, οὕτω γὰρ ἥκιστα πρός τε τῶν δακτύλων θλίβοιτο καὶ αὐτοῦ τοῦ προβεβλημένου δέρματος. ἔνεστι δ' ἔργῳ μαθεῖν ἑκάστῳ τῶν βουληθέντων, ὁπόσον εἰς διάγνωσιν ἀφανῆ κινήσεως ἡ τοιαύτη τῶν δακτύλων ἐπιβολὴ συντελεῖ. πολλάκις γοῦν ἡμεῖς ἄνωθεν μὲν ἐπιβεβληκότες τοὺς δακτύλους κατὰ τὰς ἀρτηρίας οὐδὲ μιᾶς αἰσθανόμεθα κινήσεως, ἐν δὲ τῷ καταστρέψαι τὸ κῶλον εὐθέως ᾐσθόμεθα. χείριστοι δὲ πάντων εἰσὶν οἳ ἂν εἰς ἀκινησίαν τελευτήσαντες αὖθις μηκέτι ἐπανέρχωνται τοῦ κώλου περιστραφέντος. ἧττον δὲ τούτων οἳ ἂν ἐν τῷ περιστραφῆναι φαίνονται κινούμενοι, τούτων δ' ἔθ' ἧττον οἱ μύουροι μὲν γινόμενοι, μὴ μέντοι γ' εἰς ἀκινησίαν παντελῆ τελευτῶντες, καὶ τούτων ἔθ' ἧττον οἱ ἐπανερχόμενοι μύουροι, καὶ μᾶλλον, ἐπειδὰν ὑποπίπτωσιν ἅμα πλείοσι δακτύλοις· ᾧ καὶ αὐτῷ μάλιστα προσέχειν ἀξιῶ

parvum pulfum et languidum; quamobrem vocantur etiam reciproci utrique, fed hoc intereft inter hos, quod illi decurtati fint reciproci, hi deficientes reciproci. In hujuscemodi aeftimandis ita debemus partem componere, quamcunque tangamus, ut fubter arteriam nofter tactus fit; ita fiet enim ut quam minimum a digitis premantur et ab objecta cute. Poterit autem re ipfa quilibet perfpicere, quam haec digitorum applicatio ad dignoscendum conferat obscurum motum. Equidem non raro, quum admoviffem fuperne digitos arteriis, nullum motum animadverti; quem, ut primum converti membrum, percepi ftatim. Omnium vero funt peffimi qui ab amiffo motu minime reciprocantur universo membro; minus his qui inverfo illo videntur moveri; quibus etiam minus qui funt decurtati, non tamen perdunt plane omnem motum; jam etiam his minus reciproci decurtati, adeoque fi multis fimul digitis occurrant. Cui equidem maxime

Ed. Chart. VIII. [273.] Ed. Baf. III. (136.)

καὶ σκοπεῖσθαι τὸ ποσὸν τῆς ἰσχνότητος τοῦ σώματος ἀκριβῶς. εἰ μὲν γὰρ ἐσχάτως ἰσχνοῦ τοῦ σώματος ὄντος ἡ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις ὑποπίπτει πλείοσι δακτύλοις, οὐ διὰ ῥώμην δυνάμεως, ἀλλὰ δι' ἔκτηξιν τοῦ σώματος οὕτω συμβαίνει. μετρίως δ' ὄντος ἰσχνοῦ, τρισὶν ἢ τέσσαρσιν ὑποπίπτειν δακτύλοις τὴν κίνησιν τῆς ἀρτηρίας οὐ μικρὸν ἀγαθὸν, ὡς ἐν τοιούτοις. ἐμφαίνεται γὰρ ἀποσώζειν τι τοῦ τόνου κατὰ τὴν ἐνέργειαν. ὁ δ' ἀριθμὸς τῶν δακτύλων, ὅσοις ὑποπίπτειν ἡ κίνησις μέλλει, καθ' ἑκάστην τῶν ἀρτηριῶν ἴδιός ἐστιν. οὐ γὰρ ἁπασῶν ἴσον ἐξέχει τε καὶ διασυμβαίνει κατὰ τὸ δέρμα. κάλλιον δ' εἰς τοῦτο τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος ἔχειν ἐμπείρως. τοῖς μὲν γὰρ φύσει μικρότερος ὁ σφυγμός ἐστι, τοῖς δὲ βραχύτερος. ἑκάστῳ δὲ τοῦ ποσοῦ τὸ μέτρον ὡς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐστίν· ἀγνοοῦντες οὖν τὸ κατὰ τὴν φύσιν ἴδιον αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος, ἀπὸ τῶν κοινοτέρων διαφορῶν στοχαζόμεθα τῶν κατά τε τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος καὶ τὴν ἕξιν, ἐν μὲν τῇ κράσει μάλιστα τὴν κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν ἐπισκοπούμενοι διαφορὰν, ἐν δὲ ταῖς ἕξεσι τὴν κατὰ λεπτότητά τε καὶ πολυσαρκίαν.

animum advertendum cenſeo et attendendum accurate qua ſit corpus gracilitate. Nam ſi corpore extreme gracili occurrat motus arteriarum pluribus digitis, non hoc facultatis robur, caeterum corporis efficit colliquatio; ſed quum modice eſt gracile, ſi tribus vel quatuor digitis occurrat motus arteriae, non mediocre ut in talibus bonum eſt; videtur enim in agendo aliquid retinere contentionis. Numerus autem digitorum, quibus motus eſt occurſurus, ſuús cuique arteriae eſt; neque enim aeque omnes extant et ſecundum cutem poſitae ſunt. Ad hanc rem magnopere refert naturam tenere ipſius aegroti; quibusdam enim ſua ſponte pulſus minor eſt, aliquibus brevior: unicuique enim modus quantitatis ad ſuam naturam referendus eſt. Haec ſi nos naturae ipſius aegroti proprietas lateat, ex communioribus differentiis conjecturam facimus temperamenti corporis et habitudinis; ac in temperamento praeſertim calidi et frigidi differentiam reſpicimus; in habitudine gracilitas et corpu-

Ed. Chart. VIII. [273. 274.] Ed. Baf. III. (136.)

ἐνίοτε μὲν οὖν ἅμα καὶ συμπίπτουσιν αἱ δύο ἀνωμαλίαι τῶν σφυγμῶν, ἥ τε κατὰ μίαν κίνησιν ἥ τε ἐν ἀθροίσματι. [274] *πολλάκις δὲ ἡ μὲν κατὰ μίαν οὐκ ἔστιν, ἡ δ᾽ ἐν ἀθροίσματι σαφῶς εὑρίσκεται. καὶ τοῦ μὴ φαίνεσθαι τότε τὴν κατὰ μίαν αἴτιον διττὸν, ἤτοι τῆς διαθέσεως ἡ σμικρότης ἢ τῶν σφυγμῶν αὐτῶν ἡ βραχύτης. ἄν τε γὰρ ἡ διάθεσις ἡ τοὺς ἐν ἀθροίσματι μυούρους ἐργαζομένη μὴ πάνυ τις ᾖ χαλεπὴ, κατὰ τὴν μίαν διαστολὴν ὁμαλός ἐστιν, ἐν πλείοσι δὲ τὴν μυουρίζουσαν ἀνωμαλίαν λαμβάνει· ἄν τε μεγάλη μὲν ἡ διάθεσις ὑπάρχῃ, βραχὺς δ᾽ ᾖ κατὰ τὸ μῆκος ὁ σφυγμὸς, ὡς ἑνὶ μόνῳ ὑποπίπτειν δακτύλῳ, κἂν ὅτι μάλιστα κατ᾽ ἀλήθειάν τε καὶ ὄντως ᾖ μύουρος, οὐχ ἕξει τὴν ἀνωμαλίαν αἰσθητήν. πλείοσι γὰρ ὑποπίπτειν χρὴ δακτύλοις τὴν καθ᾽ ἕνα σφυγμὸν ἀνωμαλίαν μυουρίζουσαν. ἐξ οὖν τῶν εἰρημένων εὔδηλον ὡς ἄμφω μὲν τὰ γένη τῶν μυούρων σφυγμῶν ἀσθένειαν ἐνδείκνυται δυνάμεως, ἀλλὰ τὸ μὲν κατὰ μίαν διαστολὴν συνενδείκνυται λεπτότητα τοῦ κάμνοντος σώματος, τὸ δ᾽ ἐν ἀθροίσματι δύναιτ᾽ ἄν ποτε καὶ χωρὶς*

lentiae. Ac fit interdum ut ambae inaequalitates pulfuum, tum quae in uno pulfu tum quae in acervo confiftit, concurrant. Saepe quoque illa, quae in uno pulfu confiftit, non adeft: quae autem in acervo, reperitur manifefte. Atque cur lateat inaequalitas unius pulfus caufa duplex eft, aut affectionis parvitas, aut ipforum pulfuum brevitas. Nam fi affectio, quae decurtatos in acervo concitat, non perinde gravis fit, in una diftentione eft aequalis, in pluribus autem decurtatam inaequalitatem acquirit; fin ingens fit affectio, brevi autem pulfus quantitate, ut uni duntaxat digito occurrat, etfi veriffimus fit certiffimusque decurtatus, non perceperis ejus inaequalitatem; pluribus enim digitis occurrat oportet quae in uno pulfu inaequalitas decurtata erit. Ex his igitur liquet utrumque genus decurtatorum pulfuum fignificare facultatis imbecillitatem; verum quod in una diftentione eft aegroti etiam gracilitatem corporis demonftrat, quod autem in acervo eft poffet nonnunquam

Ed. Chart. III. [274.] Ed. Baf. III. (136. 137.)

ἰσχνότητος γενέσθαι. δέδεικται δὲ καὶ ὡς ἄν τις ἐξευρίσκοι τὸ ποσὸν τῆς βλάβης ἐν ἑκατέρῳ τῷ γένει. περὶ μὲν οὖν τῶν μυουριζόντων σφυγμῶν ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

Κεφ. ιά. Γεγράφασι δέ τινες ὡς ἀνεστραμμένον εὑρίσκοντές ποτ᾽ εἶδος σφυγμοῦ τοῖς εἰρημένοις. ἐπὶ γοῦν τῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀρτηρίας, ἧς δὴ καὶ συνηθέστατον ἅπτεσθαι, πεφαγκέναι φασὶν ἑαυτοῖς (137) εὐρύτερον τὸν ἐν τῷ κάτω πέρατι σφυγμὸν, μύουρον μὲν ὄντα δηλονότι καὶ τοῦτον, ἀλλὰ τὸ λεπτότερον αὐτοῦ μέρος οὐ κάτω τετραμμένον ὡς ἐπὶ τοὺς δακτύλους, ἀλλ᾽ ἄνω τε καὶ πρὸς τὰ κατ᾽ ἀγκῶνα χωρία ἔχοντα. ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι τοὺς ἀνθρώπους ἐφ᾽ ὧν εὑρηκέναι φασὶ τοὺς τοιούτους σφυγμοὺς οὐ πρόσκαιρόν τινα τὴν αἰτίαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ φυσικῇ διαπλάσει τῶν κατὰ τὸν καρπὸν ἐσχηκέναι μορίων. σπανίως μὲν γὰρ, εὑρίσκεται δ᾽ οὖν ποτε τοιαύτη διάπλασις, ὡς τὸ μὲν πρὸς τῷ καρπῷ μέρος τῆς ἀρτηρίας ὑπ᾽ αὐτῷ τῷ δέρματι τετάχθαι, τὸ δ᾽ ἄνω πᾶν αὐτῆς τῷ μὲν ἀνωτέρω κεκαλύφθαι πλέονι σαρκὶ, τῷ δὲ

vel fine gracilitate fieri. Magnitudinis noxae in utroque genere rationem docuimus inveniendae. Ac de decurtatis pulfibus hactenus.

Cap. XI. Sunt qui memoriae prodiderunt reperiffe aliquando fe commemoratis genus pulfus contrarium. Nam in carpi arteria, quae fere folet tangi, apparuiffe fibi ajunt latiorem pulfum ad inferiorem terminum, decurtatum illum quidem etiam, verum partem ejus tenuiorem non deorfum verfam veluti ad digitos effe, fed fuperiorem regionem et fecundum cubitum tenere. Equidem arbitror illos homines, quos cum ejuscemodi pulfibus fe inveniffe ajunt, non ob temporaneam caufam, fed propter nativam conformationem partium fecundum carpum ipfos habuiffe. Siquidem raro quidem talis conformatio, fed reperitur tamen, ut pars arteriae quae ad carpum eft collocata fub ipfam cutem fit, fuperna pars ejus tota, quae fuperior eft, tecta fit majore mole carnis, inferior, quae ad ipfum carpum tendit,

Ed. Chart. VIII. [274.] Ed. Baf. III. (137.)

κατωτέρω τε καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν καρπὸν ἀθρόον εἰς τὸ βάθος ἐνδύεσθαι. τοῖς τοιούτοις οὖν ἀνθρώποις οὐ νοσοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιαίνουσιν ὁ σφυγμὸς φαίνεται μύουρος, ἄνω μὲν ὡς πρὸς τὸν πῆχυν ἔχων τὸ στενώτερον, ἐν δὲ τοῖς κάτω τε καὶ πρὸς τὸν καρπὸν ὅσον εὐρύτερον. εὔδηλοι δέ εἰσιν οἱ γράψαντες ὑπὲρ τῶν τοιούτων σφυγμῶν ὡς νοσωδῶν οὐ προσεσχηκότες τῷ πράγματι τὴν διάνοιαν ἀκριβῶς ἔκ τε τῶν ἄλλων ὧν γράφουσι κἀκ τοῦ μηδ᾽ ὅ τι σημαίνουσι προσγράψαι τῷ λόγῳ. πρόδηλον γὰρ ὡς οὐδὲν εὗρον ἐξαίρετον ὑπ᾽ αὐτῶν σημαινόμενον, ἐπὶ φυσικῇ διαπλάσει τοιούτων γινομένων, οὐ νοσώδει διαθέσει. διὸ καὶ πολλάκις εἴρηταί μοι πρὸς τὰς διαγνώσεις τῶν σφυγμῶν οὐδὲν οὕτως εἶναι χρήσιμον ὡς τὸ γινώσκειν ὁποῖός τίς ἐστιν ἑκάστῳ φύσει σφυγμός. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι τινὲς ἀρτηρίαι ταῖς εἰρημέναις ἔμπαλιν ἔχουσιν, ὡς ἐν μὲν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὑπὸ τῷ δέρματι μόνῳ τετάχθαι γυμνῷ, κατωτέρω δ᾽ ἐρχόμεναι πρὸς τὸν καρπὸν εἰς τὸ βάθος καταδύεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τούτων ὁ σφυγμὸς φαίνεται μύουρος. ἑτέρων δέ γε φύσει περινενευκὼς

affatim demergatur in profunditatem. Hisce hominibus non per morbum folum, verum etiam per fanitatem pulfus decurtatus videtur; fuperne quidem et ad cubitum, quod anguftiam habeat: inferne atque ad carpum, quod latitudinem. At iftos, qui de hisce pulfibus ut infalubribus fcripferunt, rem parum diligenter attendiffe apertum fit quum ex aliis quae prodiderunt, tum quod non adfcripferunt quid denotent. Scilicet hoc in aperto eft, nihil eximium quod ab iis pulfibus denotetur comperiffe, quippe qui ex nativa conformatione, non ex infalubri affectione, proficiscantur. Quamobrem faepenumero dixi, nihil perinde facere ad dignoscendos pulfus ut pulfus nativi quem quisque habet notitiam. Etenim aliae etiam arteriae funt quae contra ac illae comparatae funt, ut fola cute in fuperiore regione fint intectae, quum vero descenderint ad carpum, demergantur. Itaque horum etiam videtur decurtatus pulfus. Aliorum item natura circumnutans pulfus eft et nu-

τε καὶ ἐπινενευκὼς ἑκατέρωσε πλέον ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν, οὐ νοσήματος, ἤ τινος ὅλως αἰτίας παρὰ φύσιν, ἀλλὰ φυσικῆς διαπλάσεως ἐργασαμένης αὐτόν. ἅπερ εἰ μὴ γινώσκομεν, ὁπότ᾽ εἴη φύσει, μέγιστα σφαλησόμεθα. γίγνεται μὲν γὰρ, ὡς εἴρηται, μύουρος ὁ σφυγμὸς ἔν τισι παρὰ φύσιν αἰτίοις· εὑρίσκεται μέντοι τισὶ καὶ κατὰ τὴν τῆς δια[275]πλάσεως ἰδιότητα, καθάπερ καὶ ὁ ἐπινενευκώς τε καὶ περινενευκὼς ὀνομαζόμενός ἐστιν, ὅ γε μὲν οὖν οὕτω τῆς ἀρτηρίας κατασκευασθείσης ὡς τὸ μέσον αὐτῆς μόνον ὑπὸ τῷ δέρματι τετάχθαι ψιλῷ, τὰ δ᾽ ἑκατέρωθεν ἀθροώτερον ἐγκαταβαίνειν τῷ βάθει. γίνεται δὲ καὶ δι᾽ ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἀδυνατούσης ἐπαίρειν τὰ βαρύνοντα· καὶ ὅταν γε τὸ τοιοῦτον πάθος ἰσχυρότερον αὐτῇ γένηται, καμπήν τινα φαίνεται κατὰ τὸ ὕψος ἔχειν ὁ σφυγμὸς, οὐ κύκλου περιφέρειαν, ἥντινα καμπὴν οὐ κακῶς ὁ Ἀρχιγένης ὀνομάζει γωνίωσιν. οὐκέτι γὰρ ὡς κύκλου περιφέρεια τὸ ὕψος τῆς ἀρτηρίας, ἀλλ᾽ ὡς τριγώνου κορυφὴ κινεῖ τὴν ἁφήν. ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῇ γίγνεται τοῦτο φριττούσῃ τε καὶ πηγνυμένῃ διὰ ψῦξιν, ἢ ὁπωσοῦν

tans utrinque praeter communem naturam; quem non morbus, aut ulla denique cauſa praeter naturam, ſed creat conformatio nativa. Quae niſi cognoscamus, quando ex natura proſiciscuntur, in maximos errores impingemus. Fit enim, uti docuimus, pulſus decurtatus in quibusdam ex cauſis praeter naturam, in nonnullis tamen invenitur etiam ex propria conformatione, quomodo etiam nutans et circumnutans quem vocant, atque hic quidem, ſi arteria ita ſit conformata ut ejus pars duntaxat media nudae ſubjecta cuti ſit, partes autem utrinque altius demergantur. Fit etiam ob imbecillitatem facultatis, quae attollere onus nequeat; qui affectus quum ſit ipſa validior, flexum in alto quendam pulſus repraeſentat, non circuli figuram; quem flexum non male Archigenes appellavit anguloſitatem; nam altitudo arteriae non ut circuli jam figura, ſed ut vertex trianguli movet tactum. Et magis jam ei hoc accidit horrescenti et rigenti ex frigore, vel quomodolibet aliter indu-

ἄλλως σκληρυνθείσῃ, καὶ διὰ τοῦθ᾽ εὑρεῖν αὐτὸν ἔστι πλειστάκις ἐν ταῖς μετὰ ψύξεως ἐμβαλλούσαις ἰσχυραῖς ἐπισημασίαις· οὐ γὰρ δὴ ἐν ἁπάσαις γε, ἢ μόναις, ὥς ἔνιοι νομίζουσι. ἂν γὰρ ἥ τε σκληρότης τῶν ἀρτηριῶν ἔχῃ τὰ δυσκάμπτῆ ἥ τε δύναμις ἀσθενὴς οὖσα βαρύνηται καθ᾽ ἑκάτερα, τὴν μὲν οἷον κύκλου περιφέρειαν ἀπόλλυσιν, ὁμοιοῦται δὲ τριγώνου κορυφῇ, μὴ δυναμένης τῆς ἀρτηρίας διὰ σκληρότητα κατὰ βραχὺ κάμπτεσθαί τε καὶ πρὸς τὸ βάθος ἐπινεύειν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ κλωμένης μᾶλλον ἢ καμπτομένης διὰ τὴν σκληρότητα. ταῦτ᾽ οὖν αὐτῇ τὰ παθήματα πολλάκις μὲν ἐν ταῖς ψυχούσαις ἱκανῶς ἐπισημασίαις γίνεται, συμπίπτει μὴν ἐνίοτε καὶ χωρὶς εἰσβολῆς παροξυσμῶν· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐν ταῖς ἀπεριψύκτοις ἐπισημασίαις οὐδ᾽ ὅλως γίνεται τοιοῦτος ὁ σφυγμός· ἄμεινον δ᾽ ἴσως ἐστὶ μηδὲ χρονίζειν ἔτι κατὰ τὸν τόπον, ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα μέλλοντας ἐπιπλέον ὑπὲρ αὐτῶν διεξέρχεσθαι.

Κεφ. ιβ΄. Ἔστι δὲ ἐκ ταὐτοῦ τοῖς εἰρημένοις γένους καὶ ὁ τρομώδης σφυγμὸς, οὐ πάνυ τι φαινόμενος ἐναργῶς. ἐπειδὴ δὲ, καθάπερ ἐπιδέδεικται διὰ τοῦ δευτέρου τῶν ἐν τοῖς

ratae. Itaque hunc fubinde eft cernere initio gravium acceffionum cum refrigeratione invadentium; non in his tamen omnibus, vel folis, ut quidam putant. Nam fi arteriarum durities flecti aegre queat facultasque imbecilla gravetur utrinque, perdit circuli veluti circumferentiam, refert autem verticem trianguli, quod propter duritiem arteria nequeat paulatim flecti et ad profunditatem utrinque inclinari, fed vibretur potius quam flectatur per duritiem. Qui quidem illi affectus frequentes in acceffionibus bene refrigerantibus funt; accidunt tamen interdum fine invafione acceffionis, ut contra in acceffiones quae non perfrigerant pulfus talis prorfus non cadit. Sed quoniam de his latius pofthac ftatuimus dicere, praeftiterit non diutius huic loco immorari.

Cap. XII. Porro ex horum etiam genere eft pulfus tremulus, qui non perinde eft confpicuus. Quando vero, ut in fecundo libro De caufis fymptomatum declaravimus.

συμπτώμασιν αἰτίων, ἀσθενείᾳ δυνάμεως ἕπεται τρόμος, ἀναγκαῖον οὖν ἐστι διὰ τοῦτο καὶ τὸν τρομώδη σφυγμὸν ἀμυδρόν τε ἅμα καὶ μικρὸν εἶναι, ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ λανθάνουσιν αἱ τρομώδεις κινήσεις, ἀξιολόγου διαστολῆς εἰς τὸ γνωσθῆναι δεόμεναι. φαντάζεται δὲ ἐνίοτε τοῖς ἀγυμνάστοις ὁ τρομώδης σφυγμὸς ὡς κλονώδης, καὶ διὰ τοῦτ᾽ οἴονται πολλάκις ἑωρακέναι τοιοῦτον. ἀλλ᾽ οὐ δεῖ μακρότερον ὑπὲρ αὐτῶν διεξέρχεσθαι κατὰ ἐνεστῶτα λόγον. εἴρηται γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐν τοῖς συμπτώμασιν αἰτίων εἰς ὅσον ἀλλήλων διαφέρουσι τρόμος καὶ κλόνος, ἐξ ὧν ὁρμώμενος ἄν τις ὁποῖός τέ τις ὁ κλονώδης ἐστὶ σφυγμὸς ἀκριβῶς εἴσεται καὶ ὡς ὀλιγάκις ὁ τρομώδης ὁρᾶται κατ᾽ ἐκείνους μόνους τοὺς καιροὺς ἐν οἷς οὔθ᾽ ἡ δύναμις ἐσχάτως ἀσθενής ἐστιν, ὅ τε χιτὼν τῆς ἀρτηρίας μαλακὸς, ἥ τε τοῦ σώματος ἕξις ἰσχνή. συμβήσεται γὰρ οὕτως μήτε πάνυ μικροὺς εἶναι τοὺς σφυγμοὺς, ἀλλ᾽ ἐγγύς τι τῶν κατὰ φύσιν, μήτε ἐσχάτως ἀμυδροὺς, ἀλλ᾽ ὥστε φέρειν ἀλύπως ἐπιβολὴν δακτύλων, ὧν ἐξ ἀνάγκης εἰς διάγνωσιν δεῖται. καὶ εἴποτε ἄρα φανείη τρομώδης σφυγμὸς, ἐνδείξεται τήν τε δύναμιν ἀσθενῆ καὶ τὸν χιτῶνα τῆς

imbecillitatem facultatis conſequitur tremor, neceſſarium eſt ideo tremulum pulſum etiam languidum ſimul et parvum eſſe, atque hac de re fugiunt tremuli motus, qui ut cognoscantur, inſignem diſtentionem requirunt. At tremulus pulſus imperitis interdum videtur vibratus; unde adducuntur ſaepe eum vidiſſe. Verum hoc loco non requirunt haec prolixiorem orationem, quod ſecundo libro De cauſis ſymptomatum quid inter tremorem et vibrationem interſit explicavi, ex quibus clare qui pulſus vibratus ſit intelliges; et hoc etiam, tremulum infrequentem eſſe et apparere id temporis tantum, quum nec facultas ſemel proſtrata ſit, atque arteriae tunica mollis habitudoque corporis gracilis. Ita enim futurum eſt ut nec pulſus magnopere parvi ſint, ſed parum diſtantes a naturalibus, nec plane languidi, ſed ut innoxie applicationem ferant digitorum, quorum ad hos pulſus dignoſcendos neceſſario opus eſt. Quod ſiquando pulſus tremulus incidat, facultatem imbecillam atque tu-

ἀρτηρίας μαλακὸν καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν ἰσχνήν. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀνωμαλίας τε καὶ τῶν ἐργαζομένων αὐτὴν αἰτίων ἱκανὰ καὶ ταῦτα. καὶ γὰρ εἴ τι παραλέλειπται, ῥᾷστον εὑρίσκεσθαι τῷ ταῦτά τε τὰ νῦν εἰρημένα μὴ κατὰ τὸ πάρεργον ἐκμαθόντι καὶ ὅσα κατὰ τὸ δεύτερον εἴρηται τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων.

Κεφ. ιγ΄. [276] Ὑπόλοιπον δ' ἐστὶ περὶ τάξεως καὶ ἀταξίας διελθεῖν. δοκεῖ μὲν δὴ πᾶσα τάξις ἀταξίας ὁμογενοῦς ἀμείνων εἶναι. πρόσκειται δ' ὁμογενῶς τῷ λόγῳ διὰ τὸ δύνασθαί ποτε τὴν ἐξ ἑτέρου γένους ἀταξίαν αἱρετωτέραν ὑπάρχειν ἑτερογενοῦς τάξεως, οἷον εἰ οὕτως ἔτυχεν ὁ κατὰ μέγεθος ἢ τάχος ἄτακτος ἧττόν ἐστι χαλεπὸς τοῦ διαλείποντος ἐν τάξει τινί. οὕτω δὲ καὶ ὁ μεμηκυσμένος ἀραιὸς, εἰ καὶ φυλάττοι τάξιν τινὰ, χείρων ἐστὶ τοῦ κατὰ σφοδρότητα καὶ μέγεθος καὶ τάχος ἀνωμάλου. ἀλλ' ἥ γε ὁμογενὴς τάξις ἐπιεικεστέρα τῆς ἀταξίας εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν εἴπερ τι ἄλλο καὶ τὴν τάξιν οἰκείαν ὑπάρχειν. οὐ μὴν ἁπλῶς γε οὕτως ῥητέος ὁ λόγος, ἀλλὰ μετὰ τοιοῦδε διορισμοῦ.

nicam arteriae renunciat mollem, et vero etiam corporis gracilem habitum. Sed de inaequalitate caufisque eam efficientibus haec fufficiunt; etenim fi quid praetermiffum fit, facile affequetur qui haec quae nunc docuimus diligenter didicerit et illa quae in fecundo libro De pulfuum caufis expofuimus.

Cap. XIII. Reftat ut de ordine et ejus perturbatione dicamus. Sane videtur quisque ordo perturbationi ejusdem generis praeftare. Ejusdem generis addidi, quod fieri poffit ut perturbatio ordinis ex altero genere praeftet ordini alterius generis. Exempli gratia, qui magnitudine inordinatus eft vel celeritate minus incommodus eft intermittente in ordine aliquo. Item productus rarus, licet ordinem aliquem fervet, deterior eft inaequali in vehementia et magnitudine et celeritate. At ejusdem generis ordo potior effe perturbatione videtur, propterea quod naturae noftrae ordo fi quid aliud familiaris fit. Non tamen ita abfolute hoc pronunciandum eft, fed hac adhibita diftinctione,

Ed. Chart. VIII. [276.] Ed. Baſ. III. (137. 138.)

ἡ μὲν τάξις ἐστηριγμένον πως εἶναι δοκεῖ δηλοῦν τὸ αἴτιον, ἡ δ᾽ ἀταξία μεταῤῥέον τε καὶ μὴ μένον ἐφ᾽ ἑνὸς ἢ μεγέθους ἢ εἴδους ἢ χωρίου. τὸ δὲ τοιοῦτον αἴτιον οὐκ ὀλεθριώτερον, ἀλλὰ σφαλερώτερον εἶναι χρὴ νομίζειν. ἐνδέχεται γὰρ αὐτὸ μεταῤῥέον ἔστιν ὅτε μὲν εἰς ἀκυρώτερον, ἔστιν ὅτε δ᾽ εἰς κυριώτερον ἀφικέσθαι χωρίον, ὥστε ἤτοι θάνατον ἐξαπιναῖον, ἢ σωτηρίαν ἐνεγκεῖν. τὸ μέντοι τῆς τάξεως οὐκ ἀδόκητον, ἀλλ᾽ ὡρισμένην ἔχει τὴν ἔκβασιν. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ χαλεπῆς ἀνωμαλίας τάξις, ὥσπερ εἰ οὕτως ἔτυχε τῆς διαλειπτικῆς, ὀλέθριος βεβαίως ἐστίν· (138) ἡ δ᾽ ἐπὶ μετρίας, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα, βεβαίως ἐπιεικής· ἡ δ᾽ ἀταξία καὶ τὴν ἐπιεικῆ χαλεπὴν ἐργάσασθαι δύναται, μεταῤῥυείσης εἰς κυριώτερον χωρίον τῆς τὴν ἀνωμαλίαν ἐργαζομένης αἰτίας· καὶ μέντοι καὶ τὴν χαλεπὴν ἐπιεικῆ, μετελθούσης καὶ νῦν τῆς αἰτίας ἐκ τῶν κυριωτέρων εἰς ἀκυρώτερα. οὐδὲν οὖν ἀσφαλὲς οὐδὲ βέβαιον ἐπὶ τῆς ἀταξίας ἐστὶν, οὔτε τοιοῦτον οἷον ἐπὶ τῆς ταξεως οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. ἂν μέντοι μετὰ σφοδρότητος σφυγμοῦ γίγνηταί τις ἀταξία, εἴτ᾽ οὖν ὁμα-

ordo fixam quodammodo cauſam et perpetuam eſſe, videtur indicare, perturbatio ordinis variantem nec in una manentem vel magnitudine vel ſpecie vel regione. Talis autem cauſa non pernicioſior, ſed incertior cenſenda eſt; poteſt enim haec commigrando nunc in regionem ignobiliorem, nunc in nobiliorem ſe conferre, itaque vel mortem repentinam, vel ſalutem afferre, ordo vero non inexpectatum habet, ſed certum eventum. Ordo enim in incommoda inaequalitate, ut exempli gratia in intermittente, certo cum exitio conjunctus eſt; qui vero eſt in moderata, ut in aequalitate magnitudinis et parvitatis, conſtanter eſt lenis. Perturbatio ordinis, ſi in nobiliorem partem cauſa migret, quae concitat inaequalitatem, lenem poteſt periculoſam reddere et periculoſam contra lenem, ſi hic quoque transeat cauſa in ignobiliores ex nobilioribus. Nihil igitur certi, nihil firmi perturbatio ordinis habet, neque tale quale ordo vel bonum vel malum. Verumtamen ſi cum vehementia pulſus fiat aliqua ordinis perturbatio, ſive aequalis, ſive

Ed. Chart. VIII. [276.] Ed. Baſ. III. (138.)

λοῦς εἴτε καὶ ἀνωμάλου τῆς σφοδρότητος οὔσης, παρόντων καὶ τῶν τῆς πέψεως σημείων, ἐλπίζειν χρὴ κρίσιν ἔσεσθαί τινα, καὶ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα κρίσεως γένοιτο, ὅτε καὶ κατὰ τοῦτο διαφέρουσιν αἱ ἀταξίαι τῶν τάξεων, καθ᾽ ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς αὐτοῖς ἑτοιμότερον ἐπὶ κρίσιν ἡ φύσις ἐξορμᾷ κατὰ τὰς ἀρτηρίας.

inaequalis vehementia, quum ſigna conjuncta ſint concoctionis, expectanda aliqua judicatio eſt, multoque magis, ſi huc alia ſigna judicationis acceſſerint. Itaque hac etiam re perturbationes ordinis antecellunt ordinibus, quatenus, quum caetera omnia paria ſint, ad judicationem proclivior natura ſit in ordinis perturbationibus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΩΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Κεφ. α'. Ἥτις μὲν ἑκάστου σφυγμοῦ δύναμίς ἐστιν ἔμπροσθεν εἴρηται· περὶ δὲ τῶν οἰκείων τοῖς πάθεσιν ἐν τῷδε λεχθήσεται. πάθος μὲν οὖν ὀνομάζω νῦν ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν· οἰκείους δ' ἑκάστῳ λέγω σφυγμοὺς ὅσοι τε διαπαντὸς ὑπάρχουσιν αὐτῷ καὶ ὅσοι πλειστάκις. ἐπεὶ δὲ τῶν παρὰ φύσιν ἁπάντων, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, τὰ μέν εἰσι διαθέσεις τινὲς, ὑφ' ὧν πρώτως ἐνέργεια βλάπτεται, τὰ δὲ τούτων αἴτια, τὰ δὲ συμπτώματα, περὶ πρώτων τῶν διαθέσεων ῥητέον. ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἐδείχθησαν αἳ μέν τι-

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER III.

Cap. I. Hactenus quae vis inſit unicuique pulſui ante declaravimus; nunc de his agemus qui affectionibus ſunt peculiares. Affectionem hic voco quicquid praeter naturam eſt; ac peculiares cuique pulſus tum qui perpetuo illum comitentur tum qui frequenter. Quoniam autem quaecunque ſunt praeter naturam, ut alias demonſtravimus, aut ſunt quidam affectus, a quibus primo functio laeditur, aut cauſae horum, aut ſymptomata, dicam primo de affectibus. Et quando hos etiam partim oſtendimus ſimilaribus

νες ἴδιαι τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων, αἱ δὲ τῶν ὀργανικῶν, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ὁμοιομερέσιν ὑπαρχουσῶν ἀρκτέον. εἰσὶ δὲ ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν, ἅπασαι μὲν κατὰ δυσκρασίαν γινόμεναι, διαφέρουσαι δὲ τῷ τὰς μὲν ἁπλᾶς εἶναι, τὰς δὲ συνθέτους. ἁπλαῖ μὲν οὖν εἰσι δυσκρασίαι θερμότης τε καὶ ξηρότης, ὑγρότης καὶ ψυχρότης· σύνθετοι δὲ ψυχρότης ἅμα ξηρότητι καὶ θερμότης ἅμα ὑγρότητι. δέδεικται γὰρ οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τῆς δυσκρασίας ἐν τοῖς περὶ τῶν κράσεων ὑπομνήμασι, καὶ διώρισται πῶς μὲν ἐνίοτε τὸν ὑγιαίνοντα θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναί φαμεν, ὅπως δὲ τὸ νόσημα τὸ δι' ἀμετρίαν ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἐνέργειάν τινα βλάπτον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἀναμνηστέον ἐστὶν ὡς οὐκ ἄν ποτε σφυγμὸς ἀλλοιωθείη διὰ δυσκρασίαν χωρὶς τοῦ τὰς ἀρτηρίας τι παθεῖν ἢ τὴν καρδίαν, καὶ ὡς ἐνδέχεται ποτὲ τὰς μὲν ἀρτηρίας τι πεπονθέναι, τὴν καρδίαν δὲ ὑπάρχειν ἀπαθῆ. τῆς μέντοι καρδίας πασχούσης οὐκ ἐνδέχεται τὰς ἀρτηρίας ἀπαθεῖς διαμένειν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀπολαύειν τι τῆς δυσκρασίας αὐτὰς ἔλαττον ἢ μεῖζον. ἡ μὲν οὖν κατὰ

nis pulsuum est, augescente simul tum caliditate tum facultate; in qua vehementissimi quidem et maximi, celerrimi tamen non aeque fiunt pulsus, frequentissimi autem magna quidem ex parte non evidenter quandoque; tamen supra naturalem statum excedunt; hocque sit, ubi caliditas plurimum aucta fuerit. Reliqua autem conjugatio alterationis secundum hoc genus pulsuum est, quando in idem conveniunt robur facultatis et caliditatis defectus; fiuntque hi moderati quidem magnitudine, tardiores tamen et admodum rari, ac praesertim cum refrigeratio multum pervaluerit. Distentionis sane ipsorum quantitas non impeditur manifeste, nec evidenter, ob facultatis fortitudinem. Neque vero tarditas etiam multum praepollet ob eandem causam; valens enim facultas naturales motionis mensuras conservat, quamvis usus non postulet. Magnopere etenim usum esse exolutum oportet, frigiditate vehementer praepollente, ut pulsus evidenter minor fiat. Magna tamen ex parte naturalem distentionis quantitatem servat, vel parvo quid nec admodum aperte fit minor; multo certe tardior quam minor in refrigerationibus apparet.

Cap. XXIX. Redeamus autem ad praecognitiones quae in febribus fiunt, ut qualis sit singularum ex pulsibus dignotio hoc in loco dicamus. Ephemerae igitur omnes in

magnitudinem et celeritatem et frequentiam pulſus quantum in ipſis eſt mutant. Pari modo et hecticae febres in easdem differentias alterant pulſus quantum in ipſis eſt: et magis in ipſis immutatur celeritas. At quae fiunt ex putredine humorum, in vigoribus quidem ambas habent motiones celeres, diaſtoles inquam et ſyſtoles: pari modo et frequentias ambas aeque alterant: in invaſionibus autem non aeque, ſed ſolum intendunt ſyſtoles celeritatem; in aſcenſionibus autem cum hanc quidem tum vero extremam quietem plurimum concitant; ut frequentiſſimus appareat ſecundum ipſam pulſus. Et hi ſoli febrium ſunt proprii pulſus ex ſui ipſorum ratione. Alii autem alias affectiones magis ſequuntur. Duo autem ſunt genera talium affectionum, vel facultatis, vel inſtrumentorum vitium, ad tria enim haec reſpiciendo, cauſas quae pulſus immutant, invenire oportet, inſtrumentum, uſum et facultatem. Animum autem diligenter hoc in loco adhibere oportet, propterea quod diſſident inter ſe ſapientes medici [326] de propriis febris pulſibus, errantque cuncti, alterationes ipſas pulſuum, quae ex facultatis, vel inſtrumentorum vitio proficiscuntur, proprias ipſarum febrium eſſe arbitrantes. Eſt autem inſeparabile maximeque proprium invaſionibus febris ex putredine humorum ortae ut ſyſtole arteriae velocior fiat, et quicunque in cognoscenda ſyſtole fuerit exercitatus hoc habebit inſeparabile principii paroxysmi ſignum, quando pulſus aliquem habet tenorem. Quo modo autem incipienda ſit exercitatio, copioſiſſime in primo de dignotione pulſuum dictum eſt. Equidem in multis multoties, quorum nunquam antea, nec dum valerent, nec dum aegrotarent, pulſus tetigeram, hoc ſolo ſigno fretus, nunquam lapſus ſum. Quando igitur pulſus in aliis non mutatus celerior fiat ſecundum ſyſtolen, principii paroxysmi ſignum inſeparabile ſtatuito; ſit autem ſtatim talis pulſus etiam frequentior ſecundum externam quietem, incumbente natura ad propulſandum fumoſum excrementum: propter quod celerius contrahebatur. Ephemeris autem febribus

Ed. Chart. VIII. [326.]
hoc non adeſt, quia ſine putredine humorum fiunt. Sed nec etiam hecticis, quoniam nec incipiunt unquam, niſi caſu aliqua alia affectio cum ipſis coiverit. Si autem primo die, cum recens de ſanitate in morbum homo quispiam decidit, pulſum tangamus, ſtatim etiam febris genus ab hoc ſigno indicabitur. Diſtinguuntur autem qui ex phlegmonis oriuntur ab iis qui ex putredine humorum ſola ipſa duritie; durus enim eſt occurſus in iis qui ex phlegmone. Si igitur diſtinguere potes durum arteriae occurſum ex tenſione ortum ab eo qui ex refrigeratione et duritie fit, tres habebis ex hoc praecognitiones cauſarum praeteritarum, potum frigidum, vinum meracius et phlegmonem, quam non ſolum cauſam, quae ante paroxysmum extiterit, ſed quae etiam permaneat, dicimus; frigidae vero et largioris meraci potionem, praeceſſiſſe eam quidem, ſed affectionem quae ab ipſa fit ſervari. Ac indurantur quidem ex nocuis frigidae potionibus arteriarum tunicae; exiccantur autem ex largioris vini potionibus. Haec quidem ita diſtinguantur. Quae vero prima die nequaquam habent praedictam notam, eae vel ephemerae judicandae ſunt, vel hecticae. Ac rariſſime quidem ſtatim a principio conſiſtit febris hectica; non tamen impoſſibilis eſt talis generatio ipſius, ſed viſae ſunt alicubi a nobis etiam tales. Ac cunctas quidem ipſarum notas in tractatione de febrium differentia contemplamur; quae vero a pulſibus ſumuntur, nunc dicentur. Neque magnus neque vehemens pulſus una cum hectitis unquam invadit febribus, ſed ſi alterutrum horum inſit ipſis, non ſunt hecticae: ſi vero etiam omnia ſimul adſint, aperte ſunt ephemerae.

Cap. XXX. His ita definitis, deinceps conſiderandum eſt, quid unusquisque pulſus in his ad criſim ſignificet. Si igitur undoſus ipſe pulſus fiat et mollis inſigniter, ſperare oportet ſudores. Durus autem vomitus magis quam ſudores praemonſtrare ſolet. Nam altus omnis excretionis eſt nota, quemadmodum et vehemens. Magnus autem ſi fuerit, motionis ad externa magis quam ad in-

terna ſignum eſt: duplex autem cum ſit utraque, ad externa quidem per ſanguinis eruptionem et ſudores, ad interna vero per ventrem et ſtomachum; undoſus quidem pulſus ſudores, magnus vero ſimpliciter ſanguinis eruptiones praemonſtrabit; motione vero ad interna ſuperante, ubi adſuerint vomituum ſigna, dejectione alvi aegrotus judicabitur; ubi adfuerint, per ſudores magis: ſi vero et haec adfuerint et venter inſigniter ſubducatur, per utraque. Inaequalis autem pulſus in plurimis fit criſibus, ac praeſertim ubi aliquid certaminis et periculi habeant; multo vero magis, ubi bilioſi humores ad ventrem confluant, ſimulque adſint alia vomituum ſigna, quae ab Hippocrate dicta ſunt: et omnino inaequales fiunt, quod mordeatur graveturque ſtomachus.

Cap. XXXI. Quoniam autem ſubſtantia facultatis ſingularum partium in bona cujusque ipſarum temperatura poſita eſt (tunc enim proprium opus ſtrenue perſicit, quum temperatiſſima eſt: et ſane male etiam agit, ubi intemperata reddita ſit: et eatenus male quatenus intemperata ſit:) ideo propoſitum eſt nobis deinceps dicere qualis pulſus ſingulas aliarum corporis partium affectiones ſequatur. Diximus autem de corde ubi de febribus ſermonem habuimus. Prope illud ſunt reſpiratoriae partes animalis, hae autem ſunt pulmo et thorax: poſtea alimenti inſtrumenta, hoc eſt jecur et venter inteſtinaque et lien et renes et veſicae ambae. Si igitur pulmo ſe ipſo fiat aliquando calidior, ſtatim et cor calefacit; ſique frigidior ſit, nec hoc denegat, ſummatim, ſuas intemperaturas citius quam alia inſtrumenta cordi impertit. Cauſa hujus rei eſt quod cordi maxime omnium eſt vicinus, perque vaſa ei maxime affinis exiſtit, et per maxima oſtia in ambos ſinus confluxum habent. Pulmoni igitur morboſe calefacto, cor concalefactum pulſus efficit, qui ex uſu pulſuum aucto fieri ſolent. Si vero longiori tempore hoc accidat, periculum ipſi eſt ne hecticam contrahat febrem. Refrigerato autem pulmone, cor compatiens per initia quidem in eam alterationem ducet pulſus quam prius oſtendimus, dum uſus exolvitur, con-

Ed. Chart. VIII. [326. 327.]
ſtitui; in fluxionibus autem commune omnium eſt ipſa pulſuum inaequalitas, obſtructioque prompte et conſtipatio et compreſſio principaliſſimarum arteriarum ex talibus fit fluxionibus: nec minus etiam plenitudo, quae ad vires refertur; quod tam prope pulmonem ſitum ſit cor, et per magna oſtia confluxum habeat, ac ex tenuibus quidem et paucis fluxionibus minor fit inaequalitas, ex craſſis autem et viſcidis et multis major; etenim hae obſtruunt et comprimunt et gravant magis. Duriores autem pulſus fiunt quam naturalis ſtatus exiſtit ex ſiccis intemperaturis ac phlegmonoſis vel ſcirrhoſis tumoribus pulmonis: quemadmodum ſane et molliores ob oedematoſas affectiones. Sane in pulſibus alia etiam quaedam gignitur differentia praeter ſuperius dictas ex eo quod fluxio aliquando quidem in ipſas ſolum incidat aſperas arterias, aliquando autem et in laeves et venas, vel etiam intermedias regiones ipſorum univerſas occupet; ex aſperis enim arteriis ſolis repletis nulla ſecundum duritiem fit mutatio pulſibus: ex laevibus autem arteriae quae in toto animali ſunt, dum tenduntur, duriorem efficiunt pulſum, oedemata vero molliorem ipſum reddunt, tenſionem nullam facientia, quemadmodum in phlegmonoſis et ſcirrhoſis tumoribus evenit. Ad talium autem intemperaturarum ſimilitudinem thoracis etiam intemperaturae easdem faciunt alterationes; tumores vero pro quantitate et idea ſingulorum qui ipſos faciunt humorum. Tardius autem thoraci compatitur cor, celerius, pulmone affecto. Pleuritici autem duriorem ſemper habent pulſum quam peripneumonici; major enim eſt tenſio ex duris et denſis partibus in tumorem elevatis. Aequalis autem ut plurimum ex tumoribus coſtas [327] occupantibus eſt pulſus, ex iis autem qui in pulmone ſunt inaequalis. Jecore autem aegrotante ex phlegmonis minus duri fiunt quam ex thoracis phlegmonis, tanto quanto quam ex pulmonis magis; compatitur autem promptius cor jecori, remotius licet quam thorax jacenti, ob venae cavae communionem. Ex diaphragmate autem male affecto citra febrem durus quidem fit pulſus et parvus, non tamem multum fre-

Ed. Chart. VIII. [327.]
quens, ſed vel omnino parum, vel nullo modo ad talem pervenit mutationem. Maxima autem nota pleuritidis perniciofae eſt, ſi durus admodum pulſus evaſerit, et ob id etiam parvus, et ob haec duo et caliditatem frequentiſſimus; nullus enim pleuriticus ex tali pulſu ſervatus eſt. Dictum autem mihi in iſagoge eſt pleuriticorum pulſum celerem et frequentem, nec valde magnum eſſe, et quia nervoſiorem durioremque efficit arteriam, tanquam ad vehementiam vertat, inexercitatis imponere, qui duram percuſſionem a vehementi diſcernere nequeunt. Verum de his ſermonem protrahere hoc in loco non oportet. Ventriculus autem male affectus intemperie quidem eo modo quo praedictae partes pulſus alterabit; ſi vero tumor in ejus ore ſubortus ſit, durior pulſus erit ob nervorum multitudinem, non tamen ita durus ut ex diaphragmate. Quemadmodum autem ex doloribus oris ventriculi facultas celerrime fatigatur, eadem ratione non ſuſtinet copiam ne quidem paulifper, ſed gravatur ac fatigatur, pulſusque inaequales efficit. Os autem ventriculi dum facultatem, vel gravatam a multitudine materiae, vel debilitatam habet, jure etiam pulſus efficit nonnunquam quidem languidos et frequentes et parvos, nonnunquam vero inaequales. Ita et in aliis alimenti inſtrumentis invenies mutationes pulſuum, ad praedicta reſpiciens; quaecunque enim dura et contenta et nervis plurimis duris praedita ſunt, facile haec pulſus efficiunt duros; qui vero contrario modo ſe habent, molles. Veſica autem et uterus ſitu quidem nihil inter ſe differunt; durior tamen eſt et nervoſior veſica; quare ubi phlegmone laborat, pulſus magis quam uterus duros efficit. Variabit autem citius magisque ipſum in magnitudinem et parvitatem et alias differentias uterus. Percurram autem aliorum inſtrumentorum intemperies, et primo, exercitationis gratia, intemperies cerebri. Attendere ergo oportet ad conſiſtentiam arteriae, utrum a ſiccitate, vel tenſione tunica appareat dura; deinde, ſi ex ſiccitate appareat, duorum alterum cenſendum eſt in cerebro exiſtere, vel intemperiem calidam et ſiccam, vel bilis redundantiam; ſi ex ten-

Ed. Chart. VIII. [327.]
ſione, phlegmonoſam affectionem; ſi ex utrisque, cenſere oportet et ipſam affectionem compoſitam eſſe ex ſanguineo et bilioſo humore. Quicunque autem ex nigra bile, quae ob putredinem ebullierit, tale quid patiuntur, duros habent pulſus ob ſiccitatem et tenſionem; ſtatim vero et parvos ob duritiem, et celeriores quam qui ſecundum naturam ſunt, quando febricitant; et frequentiores, propterea quod uſus non adimpleatur. Humidae autem intemperaturae molles tractu temporis pulſus reddunt, et hominem ipſum comatoſum. Si vero febrilis ipſis conjungatur caliditas, lethargus nominatur ipſe morbus; fitque pulſus non mollis tantum, ſed etiam magnus. Si vero ex putreſcente pituita in cerebro talis gignatur affectio, erit quidem et hoc modo morbus lethargus, habebitque pulſus imaginem quandam tenſae arteriae, quamvis mollis ipſa ſit; et magni eatenus in ejusmodi morbis omnibus ſunt, quatenus caliditas aucta ſit; celeritas autem, vel omnino minima, vel nullo modo his intenditur; ita vero et frequentia. Refrigeratione autem morboſa in cerebro eveniente, quando in ſympatheiam pervenit cor, minores et tardiores et rariores quam qui ſecundum naturam ſunt, pulſus fient; et ſi quidem citra materiam ſola intemperies ſit cerebri, ſine tenſione, ſi vero cum materia, melancholica quidem ipſa exiſtente, tendi arterias et propter hoc duriorem apparere pulſum continget; pituitoſa autem non ſimpliciter, ſed ſi quidem craſſa et viſcida ſit pituita, tendentur; ſi vero humida et ſpirituoſa, ſine tenſione mollis erit pulſus; ſi vero permixta ſit, mollis ſimul et cum tenſione quadam. Quoniam autem tenuis meninx non videtur unquam pati ullum ex praedictis morbis ſine cerebro, ſicuti neque cerebrum citra meningem, et dura meninx quam plurimum diſtans a cerebro poteſt etiam ſola pati; ſcito, ſi affecto notabilis ipſius genita fuerit, corque in ſympatheiam attraxerit et arterias, pulſus perinde ac in cerebri affectionibus variabitur, niſi quod in mollitie et duritie non eatenus mollem et durum quatenus cerebrum efficiet, ſed multum quidem durum, parum vero mollem. Quaecunque enim corpora natura dura indurantes ſuſce-

Ed. Chart. VIII. [327.]
perunt affectiones, ad maximam perveniunt duritiem, quemadmodum et natura mollia, quae humectantes et fundentes affectiones receperunt, perfecte exoluta fiunt et mollia. Si igitur affecta pars denſa et dura ſit, duros efficit pulſus; ſi vero carnoſa, ſi quidem vel phlegmone correpta ſit, vel ſcirrho, duros, ſed minus quam praedictae partes, ſi oedemate laboret, molles. Muſculos autem abdominis et thoracis phlegmone tentatos febres quidem facile comitantur, et propter hoc et pulſus magni fiunt et veloces et frequentes, durus autem in ipſis abunde pulſus, vel ſpaſmoſus nunquam ſit. Muſculis vero cubiti et tibiae phlegmone tentatis, et praeſertim qua parte ipſorum exoriuntur tendones, facile quidem eſt corripi et ſpaſmo; faciilime etiam pulſus et tendunt et indurantur, adhuc vero magis, ſi tendo aliquis ex iis qui in extremis ſunt manibus vel pedibus phlegmone tentatus ſit, prompte quidem pulſus ipſis fit durus, prompte etiam ſpaſmo corripiuntur; fiunt etiam abunde duri et ob jecoris, vel lienis ſcirrhum, ſed ex his ita duris nullum ſpaſmi imminet periculum. Ac lieni quidem cum ſcirrho magnopere eſſet affectus, vidimus etiam multoties nequaquam ſupervenire hydropem; jecori vero neceſſario ſuccedit, tuncque pulſus ambarum affectionum ſignis praeditus eſt, tunica quidem et humidiori et molliori, indicante tamen aperte tenſionem ex ſcirrho ortam, et ob id etiam duriore. Hydrops autem ipſe per ſe ipſum ſine viſcerum phlegmone nullam facit in pulſu tenſionem. Quo modo autem affectus uteri pulſus alterant, dictum eſt, quando ipſum veſicae comparabamus. Si vero elythroeides tunica phlegmone tentetur, durus fit pulſus et minor. Ex teſtibus autem phlegmone tentatis non aeque durus et magnus propter febrem. Et haec quidem magna ex parte ab internis cauſis efficiuntur.

Cap. XXXII. Multoties autem et ab aliqua externa cauſa mutationes pulſuum fiunt, quae in hunc modum discernendae ſunt. Ea quidem quae ex balneis et curſibus, frictionibus et aliis motionibus fit, brevis temporis eſt; atque ita celeriter ad priſtinam regreditur conſtitutionem;

Ed. Chart. VIII. [327. 328.]
quare licet tibi, ubi pulſus tetigeris, atque deinde aliquantiſper intermiſeris, ac rurſus tetigeris, apertiſſime dignoſcere mutationem. Magnitudo [328] autem pulſuum a vino et alimento orta diutiſſime permanet, diſtinguiturque per conjunctam ipſi vehementiam; vehemens enim non minus quam magnus pulſus his fit; nunc autem ſupponitur qui duntaxat redditus ſit major; non igitur ab his alteratus eſt. Jam et magnitudo ab ira orta cum vehementia fit, quae alioqui prudentem non lateat, ſi in oculos et univerſum vultum inſpiciat. Ei vero qui iram velit occultare, inaequalis pulſus fit; adhucque etiam magis inaequalis eſt iis qui anguntur et verecundantur. Magnitudinis autem incrementum, quod fit a ſemicoctis in corpore humoribus, qui coquuntur, aluntque naturam, perinde ut iis, qui cibum ſumpſerunt, una etiam auget vehementiam. Eodem etiam modo, ſi quis in ſole, vel ad ignem calefactus ſit, cutis ipſius ſqualida et non humida ut a balneis erit. Atque ii quidem ſub contrario quodam modo affecti ſunt ac loti, quod ad mollitiem et humiditatem cutis attinet; medium inter utrosque locum obtinent ſricti et exercitati. Hae quidem ipſae ſunt artificiales dignotiones cauſarum, quae pulſus in magnitudinem et in ſanis et in aegrotis vertunt. Externae vero aliae quidem ex indagatione, cum ſcilicet inter inimicos aut inſidiatores, aut malignos tentatores, conſiderationes facitis. Interdum autem magnitudinem adeptus eſt pulſus, vel quia medicamentum calefaciens aegrotus ſumpſerit, vel ſignificationis ratione. In his quidem primum conſiderare oportet paroxysmi tempus, poſtea laborantis morem et conſuetudinem; ſi enim aliquo alio tempore, et non paroxysmi magnitudinem pulſus ipſe aſſumpſerit, probabile eſt a calefacientibus potius, non paroxysmi ratione factam eſſe alterationem; ſi vero in paroxysmo, probabilius eſt ſignificationis ratione. Diſtingues autem exquiſite, ſi parumper intermittens rurſus tetigeris. Caliditatem enim a medicamento ortam, propter quam pulſus increvit, ſemper magis ac magis exolvi contingit progrediente tempore; intendi autem eam quae a paroxysmo fit. De conſuetudine autem

et more ſciendum quosdam quidem inſuetos eſſe formidoloſosque ad medicamentorum potiones, nonnullos autem conſuetos; ſimiliter et de moribus. Quidam enim inſidiatores ſunt, animoque tenentur, ut cunctos tanquam nihil firmi ſcientes redarguant, quidam vero ſimplices ſunt et modeſti. In his ergo ſuſpicandum non eſt quicquam clam factum eſſe; in inſidiantibus vero ſuſpicari oportet omnia. In primo autem de cauſis pulſuum libro oſtenſum eſt, ubi paulo augeatur caliditas, et in magnitudinem quidem evidenter increſcere pulſum, in celeritatem vero non evidenter; ubi amplius aucta ſit, magnitudinem quidem aſſumere, ſed in celeritatem evidenter increſcere, et aliquid etiam frequentiae adipiſci; quemadmodum ubi plurimum aucta ſit, et uſus generationis pulſuum ſupra maximam ſit diaſtolen; in magnitudinem quidem non increſcere, quando ad extremum auctus ſit, ſed celeritati quantum poteſt una cum frequentia addere; et ubi non amplius celeritatem intendere poſſit, frequentiam incitare. Si vero aegroto cuipiam, qui minorem quam ſecundum naturam eſt pulſum habeat, major poſtea fiat ſine externa motione, huic caliditas amplior priore facta eſt. De minori autem eadem eſt ratio; minor enim ſe ipſo fit, vel facultate imbecilliori reddita, vel inſtrumentis durioribus, vel uſu exoluto. Sed neque facultas imbecillior evaſit nunc, alioqui omnino languor una cum parvitate eſſet: nec corpus arteriae durius, ita enim non ſolum minor, ſed etiam durior eſſet pulſus; ſupereſt ergo uſum tantum mutatum eſſe. Et ſane ex majori quam ſit is qui ſecundum naturam eſt pulſu talem neceſſario factam eſſe verſionem notum eſt iis qui memoria tenent ea quae oſtenſa ſunt in primo de cauſis pulſuum libro. Nam et quae ex naturali ſtatu in parvitatem fit verſio ob frigiditatem, ſtatim etiam rariorem ipſum efficit et tardiorem; et quae ex magno ſupra modum aucto moderati fit imminutio, ſtatim etiam celeritatis et frequentiae aliquid detrahit, propterea quod qui multum ſupra naturalem ſtatum auctus ſit in tribus generibus mutetur. Qui ergo de magnitudine tantum detraxit pulſus, caetera autem immutata

Ed. Chart. VIII. [328.]

servat, paulo major est ea qui secundum naturam est; hic enim solus ex pauco caliditatis augmento constat. Aliorum vero qui magnitudine variantur nullus nisi simul celeritatem assumat, vel frequentiam, talis evadit. Qui vero usque adeo est immutatus a caliditate ut non magnitudinem solum, sed et celeritatem immutet et frequentiam, contrarium iter tenebit per easdem genere alterationes, quare non solum minor, sed et tardior et rarior erit quam prius. Dum autem calefit, magnitudo evidenter primum, postea celeritas, deinde frequentia ipsa advenit. Dum refrigeratur, contra, raritas quidem evidenter primo, secundo tarditas, ultimo parvitas. Tot enim sunt quae refrigerationem efficiunt causae quot quae calefaciunt. Etenim aër frigidus extrinsecus occurrens, quemadmodum et aqua frigida, vel lavacrum, vel medicamentum corpori inunctum, refrigerat; vel etiam longa aliqua quies et veluti latebra frigidius efficit corpus; et eorum quae intro recipiuntur, ut aër, qui inspiratur frigidus et alimentum pituitosum et medicamentum aliquod frigidum, et aquae frigidae usus immodicus: et ex animi affectibus, diuturnus timor; et ex humoribus qui in corpore continentur, quicunque frigidi temperamento, quiescentes prius, commoti nunc sint, aut omnino validiores aliquo modo facti sint calidis. Haec autem distinguere oportet eo modo quo de causis calefacientibus diximus. Ipsa quidem essentia magnorum et parvorum pulsuum secundum circulum arteriae consistit, ubi longitudo par perpetuo servatur, non tamen apparet par, sed aliqua pars occultatur. At dictum quidem est de hac re in secundo de causis pulsuum libro; bis enim de eisdem dicere non est necesse.

Cap. XXXIII. Quoniam autem de magnis et parvis pulsibus quid significent dictum est, jam in praesentia ad sermonem de frequentia et raritate transeundum est. Pura ergo et minime excrementosa caliditas diastolen efficit majorem simul et velociorem; quae vero putribus turbata est excrementis, systolen. Ubi vero ex magnitudine diastoles pulsus fit frequentior, auctam esse significat caliditatem

Ed. Chart. VIII. [328. 329.]

multam in corpore puram; ubi autem, quod maturius incipiat systole, impurae et excrementosae caliditatis copiam indicabit. Simili modo si rarior pulsus fiat secundum externam quietem; si quidem ex brevitate diastoles, refrigeratam esse in animali caliditatem ostendit; si vero, quod tardet systole, minora reddita esse fumosa excrementa; secundum internam vero quietem, contra; si vero propterea, quod producta sit systole, pulsus frequens evaserit, copiam subnutriri fumosorum excrementorum; si vero propterea quod maturius incipiat diastole, auctam esse caliditatem; rursus autem secundum hanc eandem quietem rarior quum fit pulsus, si sane ex eo, quod imminuta sit systole, pauciora reddita esse excrementa ostendet; si vero propterea [329] quod tardet diastole, imminutam esse caliditatem. Duplex autem est pulsuum quies, longi quidem temporis, quae duorum pulsuum tempus excedit; brevis autem temporis, quae est intra duorum pulsuum tempus. Quies vero temporum unius pulsus inter intermissiones est moderatissima; ac multi ex ea servati sunt tum senes tum pueri; aetate autem florens ex hac nullus, verum ex ignoratione quidam longam raritatem intermissionem esse opinantes, existimant servatos esse quosdam aetate florentes ex tali pulsus pravitate. Est quidem et haec gravis, ac praecipue aetate florentibus; non tamen perniciosa omnino; in pueris sane et senibus adhuc etiam magis mitis. Mors porro repentina ex intermittentibus evenit pulsibus, quo modo ex apoplexia; extinguitur enim in utrisque caliditas quae in corde est, respiratione privata. Ac raritas quidem ab intermissione pulsuum distincta est prolixitate temporis; interdum vero etiam, quod raritas cum aequalitate aliquando consistat omnium percussionum, intermittens vero pulsus necessario inaeuqalis fiat; interdum enim per tres, interdum per quatuor, aliquando per quinque percussiones, vel etiam plures intermittere invenitur; et quiescere unum tempus motionis, vel etiam plura. Quae igitur est in ipso cordis corpore refrigeratio magna, eatenus etiam pulsus languidos efficit et tardos et parvos, quatenus

Ed. Chart. VIII. [329.]
et ipsa dominatur; quae vero ab aliqua alia parte proficiscitur, raritatem plus quam alia praedicta genera a naturali statu amovet. Ubi ergo corpus ipsum cordis refrigerationem suscipit, mors inevitabilior est. Ac raritas quidem pulsuum usque adeo perniciosa est. Huic vero contraria est frequentia, sicuti et intermissioni intercursio; nam intercurrens pulsus ex inaequali fit frequentia, propterea quod saepenumero actionem suam minus plene ac usus postulat cor obierit. Jam id ipsum fit, ubi vel cor a multitudine gravatur, vel instrumenta sunt obstructa, aut angustata, quae sane, opinor, et intermittentium erant caussae. Enimvero multoties intercurrentes pulsus crisim attulerunt; est enim veluti conatus quidam naturae ad certamen se parantis. Quod si ex hujusmodi crisibus perierunt quidam, nihil hoc facit ut gravior sit intercurrentium affectio quam intermittentium; multo enim plures ex intermittentibus pereunt, eadem etiam ratione ex valde raris qua ex frequentibus. Etenim febres omnes perurentes frequentem habent pulsum, quum tamen aliquando ipsarum periculo vacent; qui autem in syncopis sunt frequentes, ob languorem, quae a nulla unquam syncope separatur, sunt periculosi. Praestiterit autem ut consideremus de extremitatibus, quae in omnibus pulsuum generibus sunt. Ac extrema quidem frequentia nihilo minus quam syncope laborantibus inest iis qui perurentes febricitant, nec ex toto tamen perniciose habent. Raritas autem non est unquam sine periculo, sicuti nec languor, nec parvitas. Etenim tres hae differentiae pulsuum, cum ad extremum perveniunt, perpetuo sunt periculosae; extrema autem magnitudo, ubi una cum morbosa mollitie consistit, periculosa est, ubi autem cum aliqua salubri tunicae arteriae constitutione, nihil absurdi habet. Videtur autem et velocium pulsuum genus minus periculosum esse quam tardorum, si quidem extrema etiam celeritas minus quam extrema tarditas est periculosa; extrema enim tarditas, sicuti sane et raritas, tunc accidunt, ubi innata caliditas extinguitur. Incrementum autem in celeritatem et ob usum urgentem fit et omnino

Ed. Chart. VIII. [329.]
a facultate valida. Archigenes vero et hic etiam fallitur, qui formicantem pulsum suspicatur celerem esse; neque enim celer omnino est, neque ad extremum venit frequentiae, sed omnes pulsus, qui a naturali symmetria multum recedunt, non boni sunt. Ac certe languidissimus et tardissimus et rarissimus omnium est deterrimus; post hos autem minimus et mollissimus et durissimus; postea frequentissimus. Ac non celerrimus, neque maximus; sed hi sunt modice periculosi. Solus autem ex extremis optimus est omnium vehementissimus. Et sane caprizans pulsus ex genere est eorum, qui quiete intercipiuntur; inaequalibusque cordis intemperiebus interdum supervenit; sicuti et dicrotus ex genere quidem est eorum qui intro retrahuntur, comitatur tamen et ipse interdum inaequales cordis intemperies et tum magis, si fuliginosa excrementa multa in multis ipsius partibus sint. Ipsa autem inaequalitas consistit in situ partium, ex eo quod arteria sursum, vel deorsum, antrorsum, vel retrorsum, dextrorsum, vel sinistrorsum, traducta esse videatur, in motione vero ex eo, quod citius vel tardius, maturius vel serius, vehementius vel languidius, diuturniori tempore vel breviori, semper vel nullo modo, moveatur; in singulis autem partibus, ex eo quod intersectus perspicue sit, ex quibus est et caprizans; simili modo, ex eo quod recurrit, ex quibus est et dicrotus. Et caprizans quidem est ex iis qui secundum unam diastolen sunt inaequales; quando quae post quietem est secunda motio et ocyor et vehementior priore sit. Tradidimus autem in tractatione de differentia pulsuum hujus nomenclaturae causam. Ac ea quidem, quae in uno pulsu intermittit inaequalitas, gravissima omnium est inaequalitatum; non sinit enim simplices motiones fieri secundum naturam; sed impedimento est, ac privat motione arterias, non per tres, aut quatuor aut per aliquos adhuc plures pulsus, sed in ipso statim primo, et mortem propinquam minatur.

Cap. XXXIV. Ac ea quidem quae proposita sunt omnia, jam finem habent, nam quum singularum particularum affectiones cunctas percurreremus, qualemnam pulsum

Ed. Chart. VIII. [329. 330.]
unaquaeque versio faciat declaravimus. Nunc vero in pauca capita synopsin ipsorum redigere conemur. Praesentium igitur dignotio est affectuum inventio: praeteritorum autem dignotio est inventio causarum, quae affectiones faciunt. Si igitur universae affectiones a nobis abunde distinctae sunt, traditaeque sunt omnes effectrices causae in aliis tractationibus; nihil jam restare amplius videtur iis, quae necessaria sunt ad praecognitionem vel praeteritorum vel praesentium. Quod autem futurorum praecognitio ex praesentibus fiat, saepius quidem jam et per ea quae superius dicta sunt ostendimus, et nunc etiam necesse est ut totum sermonem per capita percurramus, initium sumentes a dignotione eorum quae futura expectamus. [330] Ac unum quidem et primum est, quorsum terminabitur morbus, ad perniciemne an ad salutem. Alterum ab hoc, in quo praecipue hoc erit tempore. Tertium ab his, quisnam modus erit mortis, aut salutis. Omnium autem praecognitio ex affectionibus est, ex ipsis enim, ut ostendimus, et morbi idea et facultatis infirmitas ac robur dignoscitur. Haec autem si inter se conferantur, ea quae futura sunt praecognoscuntur. Morbi enim cognitio ex loco affecto est: facultatis autem ex eucrasia et dyscrasia solidorum corporum. Haec autem si inter se conferantur, si quidem vigorem morbi ferre potest facultas, necesse est servari hominem, si nihil extrinsecus sit erratum; si vero non potest, omnino morietur. Tempus autem, in quo praedictorum utrumque erit, ex hisce praecognoscitur. Qui superstites futuri sunt, eo tempore servabuntur, in quo natura morbosam affectionem perfectissime superabit. Morientur autem eo tempore quo morbus adeo erit natura superior ut aliqua ex actionibus ad vitam necessariis pereat. At vero etiam modus tum mortis tum salutis ex eisdem praecognoscetur. Actionum enim ad vitam necessariarum, quae pereunt, nonnullae quidem facultatis vitalis suffocationem inferunt, nonnullae vero prosternationem, nonnullae autem quid alterutri proportione respondens. Ac illae quidem quae suffocationem inferunt, ex respiratoriis sunt affectionibus;

Ed. Chart. VIII. [330.]
nonnullae vero et in ipſo corde protinus conſiſtunt. Quae autem vires proſternunt, ex ſtomachicis quas vocant ſunt affectionibus, ob quas ſyncope corripiuntur; et inſuper ex jecoris affectionibus diuturnis, ob quas non aluntur, et ex doloribus diuturnis, aut vehementibus, itemque ex hecticis omnibus febribus. Animalis autem facultatis imbecillitates magnis cerebri intemperiebus comites ſunt; ejusdem vero quaſi ſuffocationes, impletionibus ventriculorum ipſius et obſtructionibus meatuum, qui in ipſos penetrant. Quare quicunque exquiſite omnia dignoſcit, hic etiam futura perfectiſſime praecognoſcet. Ante omnia autem vitalem facultatem, quae pulſus facit, quomodo ſe habeat dignoſcere oportet. Nonnunquam enim ex ſua ipſius ratione infirma eſt, nonnunquam vero a multitudine gravatur, et tria inaequalitatum genera conſtituuntur, ſecundum magnitudinem et parvitatem, ſecundum celeritatem et tarditatem, ſecundum frequentiam et raritatem. Si ergo pulſus vehementes et magni plures contrariis exiſtant, minus facultas a multitudine fatigata eſt; ſi vero parvi et languidi, magis. Ex pulſibus autem ſecundum unam percuſſionem inaequalibus, tum quos interſecto quiete motu tum quos continuo permanente diximus fieri, omnes hi robuſtiorem eſſe facultatem indicant quam omnes ii qui languidiorem et tardiorem motum faciant. In tali igitur pulſuum conſtitutione altus pulſus monſtrabit naturam ſuperiorem jam eſſe multitudine. Altior vero ſimul et vehementior tum robur indicat facultatis tum motionem minime impeditam. Inſpicere autem tunc motionem ſyſtoles oportet; hincque criſeως morem diſcernere. Melior enim criſis ſubſequi ſolet, celeritate ſyſtoles multum exoluta. Si vero et alia concoctionis ſigna, quae in libris de criſibus ſcripta ſunt, adſint, optimam criſin talis praemonſtrat conſtitutio. Si vero celeritas ſyſtoles parum exoluta ſit, vel nondum videatur concoctus eſſe morbus, fiet quidem criſis per excretionem, non tamen bona omnino. Sciendum autem eſt non eandem eſſe facultatem vitalem et nutricem naturalemque; illa enim ſolum pulſus gignit, naturalis autem et quod familiare eſt ad nutritionem trahit,

Ed. Chart. VIII, [330.]

et quod ejusmodi non est excernit, unaque etiam nimirum retinet ac alterat id quod familiare est. Vitalem certe nec in stirpibus est invenire, nec in animalibus quae frigida sint, ut sunt ostrea et quaecunque petris vel quibusdam aliis solidis corporibus adnascuntur; quaecunque autem animalia calida sunt et praesertim sanguinea, apertissimam et vehementissimam hanc habent facultatem. Naturalis porro facultas crises efficit, et quatenus hujus participes sunt arteriae superfluum abjiciunt. Per alteram autem facultatem, pulsatricem inquam, cujus solae arteriae sunt participes, excernunt in systolis fumosum excrementum, quemadmodum in diastolis attrahunt, quod ipsas refrigeret. Semper autem aequalis magnitudine est diastole ipsi systolae, nisi forte quaedam, digitis admotis, repente mutatio fiat. In hoc tamen differunt, quod modo quae ad interna sit motio superet, modo quae ad externa, sique motio, quae ad interna sit, superet, fumosam aliquam in arteriis esse caliditatem significant; si vero quae ad externa, igneam et puram. Ac ob hanc quidem causam pulsus altus excretionis est nuncius. Copia vero excretionis tum ex eo, quod plethorica praefuerint signa tum ex praesenti flammea caliditate praecognoscitur, ob hancque eandem caliditatem pulsus magni apparent et alti. Pessimae igitur excretionum sunt illae, in quibus pulsus nec magnus est et velox in systole apparet. Ubi vero inconcoctus existat morbus, si pulsus tenoris vacuus sit, periculum imminet syncopes. Ubi autem pituitosior morbus sit, quando in inaequalibus pulsibus mutatio in plures vehementes et magnos sit, per abscessum erit crisis. Ubi vero cum pulsu qui excretorius exquisite sit, una etiam adsint haemorrhagica quae vocant signa, ex naribus sanguis erumpet; ubi haec ipsa absint, ex alia quadam regione; quemadmodum in libris de crisibus per diexodon dictum est. Et haec quidem sunt quae de pulsibus in synopsin redigere proposueramus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VIII. [377.] Ed. Baſ. III. (389.)

Κεφ. α'. Εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολὴν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγουμένην αὐτῶν ταραχὴν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τοῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ἀγαθὴν θέλοι τις ὀνομάζειν κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι ταννῦν, ὅ τι μὴ πάρεργον· ἀλλ᾽ ὡς ἄν τις κάλλιστα προγινώσκοι τὰ τοιαῦτα σύμπαντα, διελθεῖν ἔγνωκα. ἀρίστη δ᾽ ἀρχὴ τῆς προγνώσεως αὐτῶν ἥπερ δὴ καὶ τῆς ἐσομένης ἀκμῆς. οὕτω δὲ προσαγορεύεται τὸ σφοδρότατον μέρος ὅλης τῆς νόσου.

GALENI DE CRISIBVS LIBER I.

Cap. I. Sive ſubitam in morbo mutationem, ſive ad meliorem ſtatum inclinationem ſolam, ſive perturbationem, quae eas antecedit, ſive omnem morbi ſolutionem, ſive eam tantum, quae bona ſit, criſim velit quis appellare, non eſt mihi niſi obiter hoc in loco diſtinguere propoſitum: ſed quo pacto haec omnia quispiam optime praenoſcat, percenſere decrevi. Optimum autem praenotionis eorum principium quod etiam futuri ſtatus: ſic autem appellatur vehementiſſimum totius morbi tempus.

Ed. Chart. VIII. [377. 378.] Ed. Baf. III. (389. 390.)

Κεφ. β΄. Τέσσαρα μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ μόρια τῶν νόσων ἐστὶν, ἀρχὴ καὶ αὔξησις καὶ ἀκμὴ καὶ παρακμή. φθάνουσι δ᾽ ἔνιαι τῶν νόσων διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν κακοήθειαν καὶ διὰ τὴν τοῦ κάμνοντος ἀδυναμίαν ἐν τῷ τῆς ἐπιδόσεως χρόνῳ διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ ἕτεραί τινες ἐν τῷ τῆς ἀκμῆς. εἰ δὲ κἀν τῷ τῆς παρακμῆς χρόνῳ δύναιτό τις ἀποκτεῖναι νόσος, εὐλόγως ἐζήτηται. περὶ μὲν δὴ τούτου προϊόντος τοῦ λόγου διορισθήσεται. τὰ δὲ οὖν τέτταρα μόρια ταῦτα καλοῦσιν μὲν ἔνιοι καὶ καιροὺς ὅλου τοῦ νοσήματος, δι᾽ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ καθόλου καιροὺς ὀνομάζουσιν, ὡς ἂν διαφέροντας δηλονότι τῶν κατὰ μέρος, εἰς οὓς ἕκαστος τῶν παροξυσμῶν διαιρεῖται. [378] ὁρίζονται δὲ οὐχ ἡμερῶν ἢ ὡρῶν ἀριθμῷ, καθάπερ ἂν οἰηθείη τις. (390) οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὴν ἐν τέτταρσιν ἡμέραις λυθεῖσαν νόσον ἰσόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μόρια τῇ μέχρι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐκταθείσῃ. καὶ μέχρι μὲν τοῦδε σχεδὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις. ὅτῳ δὲ χρὴ κρίνειν τε καὶ διορίζειν τοὺς εἰρημένους καιροὺς, οὐκ ἔτι ἐν τῷδε συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις·

Cap. II. Sunt enim omnia morborum tempora quatuor numero, principium, incrementum, ſtatus et declinatio. Quidam vero morbi ob eorum malignitatem atque ob aegrotantis imbecillitatem ſtatim in tempore incrementi hominem occidunt; ſicut et quidam alii in ipſo ſtatu. An vero etiam in declinationis tempore aliquis morbus poſſit occidere, non ſine ratione quaeſitum eſt; ſed de hoc procedente ſermone determinabitur. Has autem quatuor partes quidam etiam tempora univerſi morbi appellant. Eandem autem ob cauſam tempora etiam vocant univerſalia, ut quae a particularibus differant, in quae ſingulae acceſſiones dividuntur. Definiuntur autem non dierum vel horarum, ut quispiam exiſtimaverit, numero; neque enim fieri poteſt, ut morbus qui in quatuor diebus ſit finiturus, aequalia habeat tempora partium cum eo, qui usque ad quadrageſimum diem debeat extendi. Et omnes quidem hucusque conſentiunt. Quomodo autem judicare atque diſtinguere hujusmodi tempora oporteat, non etiam in hoc omnes inter

ἀλλ' οἱ μὲν εἰ προλαμβάνουσιν ἢ ὑστερίζουσιν οἱ παροξυσμοὶ σκοποῦσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μῆκος αὐτῶν ἀποβλέπουσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ μέγεθος, ὅπερ δὴ καὶ σφοδρότητα προσαγορεύουσιν. ἔνιοι δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα καὶ κατὰ τὰς ἀνέσεις ἐπισκοποῦνται, κἄπειτα πρὸς ἀλλήλους ἐρίζουσιν, ἐνὸν ἅπαντά τε συνθεῖναι τὰ λελεγμένα καὶ πρὸς αὐτοῖς ἕτερα τὰ νῦν ῥηθησόμενα, μόγις γὰρ ἂν οὕτως τις ἀκριβῆ στοχασμὸν ποιήσαιτο τοῦ καθεστῶτος καιροῦ. τὸ δὲ παραλιπεῖν ὁτιοῦν ἐξ αὐτῶν ἄσκεπτον εἰς τοσοῦτόν ἐστι βλάπτον τὴν πρόγνωσιν εἰς ὅσον ἂν ἢ μεγέθους ἢ δυνάμεως ἥκῃ τὸ παραλειπόμενον.

Κεφ. γ'. Εἰ τοίνυν ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος, οὐ μόνον ἐν τῷ προλαμβάνειν τοὺς παροξυσμοὺς τεκμαίρεσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρὴ, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος τὸ μετὰ συμπτωμάτων, εἰ τύχῃ, ἢ ἄνευ τούτων, ὥσπερ οὖν κἀπὶ τοῦ διαλείμματός τε καὶ τῆς παρακμῆς τὰ αὐτὰ ταῦτα θεωρεῖν ἀξιῶ. καλῶ δὲ διάλειμμα μὲν, ἐπειδὰν εἰς ἀπυρεξίαν ὁ παροξυσμὸς παύηται· παρακμὴν δὲ τὸ μετ'

consentiunt; sed nonnulli quidem, si anticipent, aut cunctentur accessiones, considerant; hi vero ad earum longitudinem respiciunt; alii ad magnitudinem, quam etiam vehementiam nominant; quidam et haec ipsa in remissionibus considerant; deinceps invicem altercantur, quum liceat quae diximus omnia conjungere, ac praeterea alia quae nunc dicentur; hac enim via vix quispiam exquisitam faceret constituti temporis conjecturam. Si vero quidpiam ex his indiscussum praetermittatur, tantum praecognitioni nocebit quantum vel magnitudinis vel virium quod praetermittitur obtinebit.

Cap. III. Numquid igitur morbus augeatur, non ex eo tantum conjicere oporteat, quod accessiones anticipent; sed etiam earum longitudinem oportet annotare et magnitudinem quoque ac morem qui cum symptomatibus verbi gratia, vel sine his evenit; sicut etiam in intermissione et declinatione haec eadem existimo consideranda. Voco autem intermissionem quando febris in quietem desierit; declinationem

αὐτὴν ἀκμὴν ἅπαν αὐτοῦ μέρος, ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ. τὸ γάρτοι προλαμβάνειν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον οὐχ ἱκανὸν αὐξήσεως σημεῖον ὑπάρχει, ἰδιότητι πολλάκις ἑπόμενον νόσου μᾶλλον ἢ διὰ τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς γιγνόμενον. ἀμέλει καὶ τριταῖαί τινες ἤδη καὶ τεταρταῖαι καὶ ἀμφημεριναὶ περίοδοι, μέχρι παντελοῦς λύσεως, οὕτως ὤφθησαν παροξυνόμεναι. καὶ καλεῖν γε τοῖς ἰατροῖς ἔθος ἐστὶ τοὺς τοιούτους τύπους προληπτικοὺς, ὥσπερ ἑτέρους ὑστερητικοὺς, οἳ ἂν ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς ἐπιλαμβάνουσί τι τοῦ μέλλοντος χρόνου. ἀλλά τοι κἀπὶ τούτων τὸ τῆς ἀναλογίας πλέον ἐπιλαβεῖν, ἢ προλαβεῖν, τὸ μὲν παρακμῆς, τὸ δ' αὐξήσεως εἶναι δοκεῖ γνώρισμα. τὸ δὲ ἁπλῶς προλαμβάνειν, ἢ ὑστερίζειν, οὐδετέρου. σκοπεῖσθαι δὲ προσήκει οὐ τοῦτο μόνον, εἰ προὔλαβεν ὁ δεύτερος παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας, ἀλλ' εἰ καὶ τὸ μῆκος αὐτῷ τοῦ χρόνου ταὐτὸν, ἢ τὸ μέγεθος ἴσον, ἢ εἰ νῦν κακοηθέστερος, ἢ ἁπλούστερος ἐγένετο. τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα κἀπὶ τῶν διαλειμμάτων τε καὶ τῶν παρακμῶν ἐπισκοπεῖσθαι χρή. τὸ μὲν δὴ μῆκος τοῦ χρόνου ῥᾷστον κατα-

omnem ejus partem quae ſtatum ipſum ſubſequitur usque ad ſecundae acceſſionis principium. Nam anticipatio ſola per ſe ipſam non eſt ſufficiens ſignum incrementi, quod ſaepe morbi proprietatem conſequitur potius quam ejus incrementum, quum et quartani et tertiani et quotidiani quidam circuitus usque ad integram ſolutionem ita anticipare viſi fuerint. Conſueverunt autem medici tales typos anticipantes nominare; ſicut alios vocant tardantes, quicunque ſtatim ab initio futuri temporis aliquid poſterius aſſumunt. Sed et in his plus quam proportio exigit vel anticipare, vel cunctari, alterum incrementi, alterum declinationis videtur eſſe indicium; ſimpliciter autem anticipare, vel cunctari, neutrius. Convenit autem non ſolum advertere, numquid ſecunda acceſſio conſuetam anticipaverit horam, ſed numquid etiam longitudo temporis eadem, aut magnitudo aequalis, aut quae nunc adeſt ſit malignior aut ſimplicior. Haec ipſa etiam ſunt in intermiſſionibus et declinationibus inſpicienda. Longitudinem quidem temporis

μαθεῖν· τὸ μέγεθος δὲ, ὅπερ καὶ σφοδρότητα καλοῦσι, καὶ μέντοι καὶ τὸ ἦθος, ὅπερ καὶ τρόπον ὀνομάζουσιν, ἔκ τε τῆς οἰκείας τοῦ νοσήματος ἰδέας θεωρεῖν, κἀκ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. ἐκ μὲν τῆς οἰκείας ἰδέας τοῦ νοσήματος, εἰς τὰ συμπληροῦντα τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ἀποβλέποντα, καθάπερ, εἰ τύχῃ, ἐπὶ πλευρίτιδος, εἴς τε τὸ νυγματῶδες ἄλγημα τῆς πλευρᾶς καὶ τὸν ὀξὺν πυρετὸν καὶ τὴν βῆχα καὶ δύσπνοιαν. ἐκ δὲ αὖ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, εἰ πολλὰ καὶ πολυχρόνια καὶ ἰσχυρὰ καὶ κακοήθη γίγνοιτο, ἢ τοὐναντίον ὀλίγα καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ μικρὰ καὶ ἁπλᾶ. [379] καὶ μὲν δὴ καὶ ὁ τοῦ διαλείμματός τε καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος, εἰ μακρότερος τοῦ πρόσθεν, ἢ βραχύτερος, ἢ δυσφορώτερος, ἢ εὐφορώτερος, ἢ εἰ παραμένει τι τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, ἢ πέπαυται πάντα. εἰ μὲν γὰρ τὰ χείρω τῶν εἰρημένων εὑρίσκοιτο, σαφῶς ἐπιδίδωσιν ἡ νόσος· εἰ δὲ τὰ βελτίω, παρακμάζει. προλαμβανέτω γὰρ ὁ παροξυσμὸς τῆς συνήθους ὥρας καὶ μακρότερος γινέσθω καὶ σφοδρότερος καὶ κακοηθέστερος καὶ σὺν πολλοῖς καὶ μοχθη-

facillimum eſt cognoscere; magnitudinem vero, quam et vehementiam vocant et morem, quem etiam modum appellant, tum ex propria morbi ſpecie tum ex ſupervenientibus ei ſymptomatibus ſpectanda cenſeo. Ex propria quidem morbi ſpecie ea quae propriam ipſius complent naturam contemplando, veluti exempli cauſa in pleuritide ad lateris dolorem pungentem et febrem acutam et tuſſim et ſpirandi difficultatem. Ex ſupervenientibus vero ſymptomatibus, ſi multa, ſi diuturna et valida atque maligna etiam extiterint, aut contra pauca ac brevis temporis et parva et ſimplicia fuerint. Sic et intermiſſionis ac declinationis tempus, ſi longius praecedente vel brevius, aut toleratu difficilius vel facilius, aut ſi quod ex acceſſione ſymptomata remanſerint aut omnia ceſſarint. Si enim iis quae diximus adſint pejora, morbus augetur manifeſte, ſi vero meliora, declinat. Sit enim ut acceſſio conſuetam anticipet horam, longior etiam fiat atque vehementior maligniorque et cum multis praviſque ſymptomatibus,

ροῖς συμπτώμασι ἐνοχλείτω. γινέσθω δὲ καὶ ὁ τῆς παρακμῆς χρόνος βραχύς τε ἅμα καὶ οὐκ ἀκριβῶς εὔφορος, οὐδὲ ἐλεύθερος ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ συμπτωμάτων, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, περί γε τῶν οὕτω καμνόντων ζητήσειεν, ὡς οὐκ ἐπιδίδωσιν αὐτοῖς εἰς μέγεθος ἡ νόσος. αὖθις δὲ τἀναντία πάντα τούτοις γινέσθω. τῆς μὲν εἰσβολῆς ὑστεριζούσης, τοῦ μήκους τε καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἐλαττουμένου καὶ τῆς κακοηθείας πραϋνομένης καὶ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων ἐλαττόνων τε καὶ ἁπλουστέρων ὄντων, ἢ οὐδ᾽ ὅλως ἐπιφαινομένων, καὶ τοῦ διαλείμματος, ἢ τῆς παρακμῆς εὐφόρου καὶ μακρᾶς γινομένης, καὶ πάντα ἐξαλειφούσης τὰ τοῦ παροξυσμοῦ σύμπτώματα, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα σαφέστατα παρακμῆς γνωρίσματα, καθάπερ τὰ πρότερα τῆς ἐπιδόσεως. ὅταν δὲ ἰσάζῃ πως μάλιστα τὰ κατὰ τοὺς παροξυσμοὺς ἀμφοτέρους, ἀκμάζειν δηλοῖ τὴν νόσον. ἆρ᾽ οὖν ἤτοι πλείω τοῦ δέοντος ἡμεῖς εἴπομεν; ἢ Ἱπποκράτης τι παραλέλοιπεν ἐν οἷς ἐκδιδάσκων, ὅπως ἄν τις ἐκ περιόδων εὑρίσκοι νοσήματος ἐπίδοσιν, ἀλλήλοις φησὶ χρῆναι παρα-

fit etiam ut declinationis tempus breve fiat, neque exquifite toleratu facile, neque omnino a fymptomatibus acceffionis liberum, nullus, arbitror, de hujusmodi aegrotantibus quaeret num morbus in eis ad magnitudinem crescat. Rurfus vero fiant omnia his contraria, nimirum ipfius infultus initium tardet, longitudoque acceffionis ac magnitudo minuatur, malignitas mitigetur et ea quae fuperveniunt fymptomata minora fimplicioraque fint, vel neque omnino mox appareant, intermiffio etiam, vel declinatio toleratu facilis longaque fuccedat, omniaque deleat acceffionis fymptomata, nam et haec manifeftiffima funt declinationis indicia, ficuti priora augmenti. Quum vero quae ad acceffiones ambas pertinent aequalia fuerint, morbum in ftatu effe demonftrant. Numquid igitur plus quam erat opportunum a nobis eft dictum? aut aliquid ab Hippocrate praetermiffum, ubi docet, quo pacto quispiam ex circuitibus inveniat morbi incrementum? Ait enim, *Acceffiones effe invicem confe-*

Ed. Chart. VIII. [379.] Ed. Baf. III. (390.)

βάλλειν τοὺς παροξυσμοὺς, εἰ ἐπὶ τὸ πρωϊαίτερον, ἢ οὔ· καὶ εἰ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὔ· καὶ εἰ μᾶλλον, ἢ οὔ. τὸ μὲν γὰρ πρωϊαίτερον, ἢ οὒ, τοιόνδε τι δηλοῖ, εἰ τῆς συνήθους ὥρας ὁ παροξυσμὸς προὔλαβεν, ἢ ὑστέρισε. τὸ δὲ ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἢ οὒ, πότερον πολυχρονιώτερος, ἢ βραχυχρονιώτερος ἐγένετο. τὸ δὲ μᾶλλον, ἢ οὒ, τὰ λοιπὰ τῶν εἰρημένων ἡμῖν ἔμπροσθεν ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει. καὶ γὰρ καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἦθος, αὐτοῦ τε τοῦ νοσήματος καὶ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, ἔτι τε πρὸς τούτοις τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον νοεῖν χρὴ περιεχόμενον. οὕτω δὲ καὶ τῆς παρακμῆς, ὡς μέρους καὶ αὐτῆς τοῦ σύμπαντος παροξυσμοῦ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἐκ τῶν αὐτῶν γε τούτων σκοπῶν ἐξευρίσκειν χρή. ἐπιδόσεώς μὲν δὴ, καὶ ἀναβάσεως καὶ αὐξήσεως, ἅπαντα γὰρ ταῦτα προσαγορεύουσι τὸν δεύτερον καιρὸν τῆς νόσου, τό τε πρωϊαίτερον παροξύνεσθαι καὶ τὸ πλείονα χρόνον καὶ τὸ μᾶλλον, γνωρίσματα, καθάπερ γε τῆς παρακμῆς τἀναντία τό θ' ὑστερίζειν τὸν παροξυσμὸν καὶ βραχυχρονιώτερον γίνεσθαι, καὶ

rendus; si citius, vel non; si in longius tempus, vel non; si denique magis, vel non. Hoc enim verbum (*citius, vel non*) nihil alind oftendit, nifi utrum acceffio horam confuetam anticipaverit, vel tardior facta fit; illud autem, *in longius tempus, vel non*, numquid longius perduraverit tempus an brevius; illud vero, *magis vel non*, reliqua omnia, quae prius a nobis explicata funt in fe comprehendit, nam et magnitudinem et morem ipfius morbi et fupervenientia et fymptomata, eorumque infuper numerum in eo quod dicitur magis ac minus comprehendi exiftimes, fic et declinationis, ut quae et ipfa fit totius acceffionis pars, magis ac minus ex eisdem invenire oportet intentionibus. Incrementi itaque et ascenfus et augmenti, his enim omnibus nominibus fecundum morbi tempus appellant, fi citius fiat acceffio, fi longiori tempore duret, fi magis etiam indicia funt, ficut his contraria declinationis figna oftendunt, fi videlicet tardius fiat acceffio, fi breviori tempore

παντοίως τοῦ πρόσθεν ἀσθενέστερον. ἀκμῆς δ᾽ ἐστὶ σημεῖον ἡ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μονή τε καὶ στάσις. καίτοι πολλάκις ἐν ταῖς νόσοις οὐδεὶς αἰσθητὸς χρόνος εὑρίσκεται τοιοῦτος. ἀλλ᾽ ὁ τέταρτος, εἰ τύχῃ, παροξυσμὸς, ἔτι τὰ τῆς ἀναβάσεως ἔχων σημεῖα τὸν πέμπτον ἤνεγκε παρακμαστικὸν, ὀξυῤῥόπου δηλονότι τῆς ἀκμῆς γενηθείσης, ὡς μηδὲ γνωρίσαι τινὰ παροῦσαν αὐτὴν, ἀλλὰ τοῦ πρώτου χρόνου τῆς παρακμῆς δεηθῆναι πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν. παραπλήσιον δέ τι κᾀν ταῖς αὐξήσεσιν ὑπάρχει τῶν νοσημάτων. ἐνίοτε γὰρ ὁ πρῶτος παροξυσμὸς ἀρχήν τε ἅμα καὶ ἀνάβασιν ἔχει καὶ ἀκμὴν ἐν ἑαυτῷ· κατὰ μὲν τὰ πρῶτα μέρη δηλονότι τὴν ἀρχὴν, ἐφεξῆς δ᾽ αὐτῇ τὴν ἀνάβασιν, ὑστάτην δὲ δηλονότι τὴν ἀκμήν. εἶθ᾽ ἑξῆς ὁ δεύτερος ἐναργῶς ἐφαίνετο παρακμαστικός. ἀλλ᾽ ἐπιστάντος μὲν τοῦ δευτέρου παροξυσμοῦ, τηνικαῦτα γνωρίζειν ὁποῖός τις ὁ πρῶτος ἐγένετο παροξυσμὸς, πρὸς τῷ παντὸς ἔργον ὑπάρχειν ἰατροῦ, καὶ τὴν ἀξιολογωτάτην χρείαν ἀπόλλυσι τῆς προγνώσεως, ὡς ἐπιπλέον ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου δέδεικται γράμμασιν.

σάμην ἀπολόμενον οὐδένα τῶν ἐπὶ πεπασμοῖς κριθέντων, οὐ μὴν τὴν ἴσην γε ἀξίαν ἀπονέμειν ἅπασι χρὴ τοῖς σημείοις, ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖς κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονος πάθεσι προσέχειν μὲν μάλιστα τὸν νοῦν τοῖς πτύσμασι, μὴ μέντοι μηδὲ τῶν οὔρων τῆς ἐπισκέψεως ἀμελεῖν, προσεπιβλέπειν δὲ καὶ τὰ διαχωρήματα· πυρεττόντων δὲ μόνον ἄνευ σπλάγχνου τινὸς διαθέσεως, ἤ τινος τῶν καθ᾽ ἧπαρ ἢ νεφροὺς ἢ κύστιν ἢ σπλῆνα φλεγμαινόντων, τοῖς οὔροις μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν, ὥσπερ εἰ καὶ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πεπόνθασι, [430] τοῖς διαχωρήμασι μὲν πρῶτον, οὐκ ἀμελητέον δὲ οὐδὲ τῶν οὔρων. ἀεὶ γὰρ ὁπόταν ᾖ ὁ πυρετὸς, εἴτ᾽ ἐπὶ χυμοῖς μόνοις σηπομένοις ἀναπτόμενος, εἴτ᾽ ἐπὶ μορίῳ φλεγμαίνοντι συνεπόμενος, εἰς οὖρα μάλιστά σε βλέπειν ἀξιῶ, κἀντεῦθεν γνωρίζειν τοὺς πεπασμοὺς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν δὴ καὶ μέγιστον ἀγαθῆς κρίσεως σημεῖον ἐνεστώσης οἱ πεπασμοὶ, δεύτερον δὲ τὸ προδεδηλῶσθαι διά τινος τῶν ἐπιδήλων ἢ συνῆπται τῆς κρινούσης ἡμέρας ἡ δύναμις· ἐφεξῆς δὲ τὸ εἶδος τοῦ νοσήματος αὐτοῦ καὶ τὸ ἦθος· εἶδος μὲν, εἰ τριταῖος, ἢ ἀμφη-

tereuntem qui praecedentibus coctionibus crifim habuiffet. Non tamen aequa omnium fignorum dignitas exiftimanda eft, fed in morbis quidem thoracis atque pulmonis praecipue fputa funt animadvertenda, non tamen urinarum contemplatio negligenda, fed et alvi excrementa funt infpicienda. Si vero tantum febricitent fine alicujus visceris affectu, aut cum inflammatione hepatis, vel renum, vel veficae, vel fplenis, maxime urinis animum oportet adhibere, ficut fi circa ventriculum affectus fit, primum excrementis alvi, deinde neque urinae funt negligendae. Semper enim quum febris affuerit, vel ex fola humorum putredine accenfa, vel ex parte inflammationem fubeunte, praecipue urinas infpiciendas cenfeo, atque inde coctiones agnofcendas, ficuti et maximum inftantis bonae crifis indicium funt coctiones. Secundum autem, quod ab aliqua die indicatoria antea indicetur, cui annexa eft diei judicantis potentia. Deinceps autem infpicere oportet et fpeciem morbi et morem; fpeciem quidem, fi tertiana vel

μερινὸς, ἢ καῦσος, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία· ἦθος δὲ, εἰ μέτριον καὶ ἐπιεικὲς, ἢ πονηρόν τε καὶ κακόηθες. ἐφεξῆς δὲ τούτοις, εἰ κατὰ τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν ἡ ἔκκρισις εἴη. εἰ μὲν γὰρ καῦσος εἴη ὁ πυρετὸς, ἢ αἱμοῤῥαγείτω διὰ ῥινῶν, ἢ ῥιγώσας σφοδρῶς ἱδρούτω πολλῷ καὶ θερμῷ δι' ὅλου τοῦ σώματος, ἢ ἐμείτω τε καὶ διαχωρείτω χολώδη. παραπλησίως δὲ καὶ ὁ τριταῖος ἐμέτοις τε καὶ διαχωρήμασι χολώδεσι, καὶ ἱδρῶτι πολλῷ δι' ὅλου τοῦ σώματος κρινέσθω. φλέγμα δὲ συχνὸν ἐν ἀμφημερινοῖς ἐκκενούσθω, καὶ πολλοὶ γινέσθωσαν ἱδρῶτες ἐν ὅλῳ τῷ σώματι. κρίνει δὲ καὶ φρενῖτιν ἱδρὼς χρηστὸς καὶ μᾶλλον εἰ ἐκ τῆς κεφαλῆς πολὺς καὶ θερμὸς ἐκρέοι, σύμπαντος ἱδροῦντος τοῦ ἄλλου σώματος. ἀλλὰ καὶ δι' αἱμοῤῥαγίας τε τὰς ἐκ ῥινῶν ἔστιν ὅτε φρενῖτις ἐκρίθη βεβαίως, οὐ μὴν λήθαργος ἢ περιπνευμονία χαίρουσιν αἱμοῤῥαγίαις. ἐν μέσῳ δὲ αὐτῶν ἐστι πλευρῖτις. ἧττον μὲν γὰρ ἢ καῦσος καὶ φρενῖτις, μᾶλλον δὲ ἡ περιπνευμονία καὶ λήθαργος αἱμοῤῥαγίαις λυθήσεται. λύουσι δ' ἱκανῶς

quotidiana vel febris ardens vel pleuritis vel peripneumonia; morem, fi moderatus et mitis vel pravus atque malignus. Deinde fi formae morbi excretio refpondeat. Si enim fit febris ardens, vel fanguis e naribus profluet, vel poft vehementem rigorem fudor multus et calidus per totum corpus emanabit, aut per vomitum, aut per alvum biliofa excernentur. Ita et tertiana vomitibus et excrementis alvi biliofis et fudoribus multis toto corpore fluentibus judicabitur. Plurimum autem pituitae in quotidianis febribus excernetur et multi in toto corpore fudores fient. Judicat et phrenitidem fudor bonus et praecipue fi ex capite multus et calidus fluxerit, fudante fimul reliquo corpore; contingit autem aliquando, quod etiam per fanguinem e naribus fluentem phrenitis judicatur. Non tamen lethargus aut peripneumonia fluxum fanguinis amant. Inter ipfas autem pleuritis medium obtinet locum; minus enim quam febris ardens et phrenitis, magis autem quam peripneumonia atque lethargus profluvio fanguinis folvitur. Solvit autem

καὶ τὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς τοῦ σπληνὸς φλεγμονὰς αἱμοῤῥαγίαι διὰ ῥινῶν, ἐπειδὰν ἅμα πυρετοῖς ὀξέσι φλεγμαίνῃ τὰ σπλάγχνα. καὶ πάσας δὲ τὰς καθ' ὑποχόνδρια φλεγμονὰς τὰς θερμὰς καὶ ὀξείας (414) ἡ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγία κρίνει. χρὴ δὲ καὶ κατ' εὐθυωρίαν αἱμοῤῥαγεῖν, ἐκ δεξιοῦ μὲν μυκτῆρος ἐφ' ἥπατί τε καὶ τοῖς κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον, ἐξ ἀριστεροῦ δὲ ἐπί τε σπληνὶ καὶ τοῖς ταύτῃ μορίοις. ὀνίνησι δὲ καὶ ἱδρὼς χρηστὸς ἁπάσας τὰς καθ' ὑποχόνδρια φλεγμονὰς τὰς θερμὰς καὶ ὀξείας. ἥπατος δὴ τὰ μὲν κυρτὰ φλεγμαίνοντα τρισὶν ὑπακούει μάλιστα τρόποις ἐκκρίσεως, αἱμοῤῥαγίαις ἐκ μυκτῆρος δεξιοῦ καὶ ἱδρῶσι χρηστοῖς καὶ οὔροις πολλοῖς, τὰ δὲ σιμὰ διαχωρήμασί τε χολώδεσι καὶ ἱδρῶσιν, ἔστιν ὅτε δὲ καὶ ἐμέτοις. ἐκκαθαίρεσθαι δὲ δι' οὔρων ἐθέλει πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἅπανθ' ὅσα κατὰ νεφροὺς καὶ κύστιν ἐπόνησαν, ὥσπερ γε τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα πτύσμασιν. οἱ δὲ ἱδρῶτες ἅπασί τε πυρετοῖς οἰκεῖοι καὶ μᾶλλον τοῖς περικαέσιν. ἐπωφελοῦσι δ' οὐ σμικρὰ

lienis et hepatis inflammationes fanguis e naribus profluens, quum haec viscera una cum acutis febribus habent inflammationes. Et omnes quae in praecordiis fiunt calidae atque acutae inflammationes fluxu fanguinis judicantur. Oportet autem per directum fluere fanguinem, ex dextra quidem nare hepate affecto vel locis in dextris praecordiis pofitis, ex finiftra autem liene et locis vicinis; juvat autem et fudor bonus omnes quae funt in praecordiis inflammationes calidas et acutas. Hepatis vero gibbae quidem partes inflammationem patientes tribus praecipue modis crifis obediunt, fluxibus fanguinis e nare dextra et fudoribus bonis et urinis abundantibus. Simae autem partes excrementis alvi biliofis atque fudoribus, nonnunquam vero et vomitibus, magis autem expetunt per urinas expurgari, quam gibbae hepatis partes, omnia ea quae vel in partibus renum, vel veficae laborant, ficuti loca quae ad thoracem et pulmonem pertinent, fputis. Sudores vero omnibus febribus proprii funt et praecipue ardentibus. Juvat autem non parum et

καὶ τὰς ζεούσας φλεγμονὰς, ὅτε, ὡς εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἅμα πεπασμοῖς γίνονται. ἤδη δὲ καὶ τοὺς ἀμφημερινοὺς κρίνουσι σὺν ἐμέτοις τε καὶ διαχωρήμασι φλεγματώδεσι, καὶ τοὺς τεταρταίους, εἰ μέλανα σὺν αὐτοῖς ἐκκενοῖτο καὶ ποικίλα, καὶ τοὺς ἡμιτριταίους, εἰ χολώδη τε ἅμα καὶ φλεγματώδη. κρίνουσι δὲ καὶ παρωτίδες ληθάργους τε καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἅπαντα· καὶ τἄλλα ἀποσκήμματα τοὺς χρονίζοντας ἅπαντας πυρετοὺς κρίνειν ἀσφαλῶς εἴωθεν· ἀλλ᾽ οὔπω περὶ τῶν χρονιζόντων πρόκειται λέγειν. αἱ γὰρ ἐξαιφνίδιοι μεταβολαὶ, τῶν ὀξέων εἰσὶν, ὧν τὴν ἀρίστην ἐξηγοῦμαι νῦν ὁποία τίς ἐστιν, ὅτι γε πάντως οὐκ ἄνευ πεπασμοῦ, [431] ὅτι τε κατά τινα τῶν κρισίμων ἡμερῶν γινομένη, καὶ προσέτι διὰ τῆς ἐπιδήλου προδεδηλωμένη, καὶ μέντοι καὶ τὸ τῆς κρίσεως εἶδος οἰκεῖον τῷ νοσήματι ποιουμένη. προσεπιβλέπειν δ᾽ ἐνταῦθα κελεύω σε καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ κάμνοντος καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν προγεγενημένην δίαιταν καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ νοσεῖ καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὴν ἐνεστῶσαν κατάστασιν. εἰ μὲν γὰρ ὥσπερ τὸ νόσημα χολῶδες εἰ τύχοι, καὶ τούτων ἕκαστον ὁμοίως εἴη χολῶδες, ἐκκαθαίρεσθαι χρὴ χολὴν ἐν ταῖς

effervęntes inflammationes, quando, ſicut et antea diximus, una cum coctionibus emanaverint. Judicant autem et quotidianas febres, ſimul vomitibus, atque excrementis alvi pituitoſis adjunctis. Et quartanas etiam, ſi atra ſimul ac varia excernuntur. Semitertianas vero, ſi bilioſa ſimul et pituitoſa. Parotides autem judicant lethargos et reliquos omnes capitis affectus. Aliique decubitus omnes febres diuturnas ſecure judicare conſueverunt. Sed nondum de diuturnis morbis dicere propoſuimus; nam repentinae mutationes acutorum ſunt, quarum optimam qualis ſit, nunc enarramus, quod videlicet omnino ſine coctione non eſt, et quod in aliquo die judicatorio fit, ac praeterea ab aliquo indicatorio praejudicata fuit et etiam criſis motum facit morbo convenientem. Praeter haec autem hortor hoc loco ut aegrotantis aetatem atque naturam, nec non antecedentem victum, locumque in quo aegrotat et anni tempus atque praeſentem temporis ſtatum conſideres. Si enim quemadmodum morbus forte eſt custom bilioſus, haec etiam ſingula aeque bilioſa ſint, opor-

κρίσεσι, ὥσπερ εἰ καὶ φλέγμα πλεονεκτεῖ, ἐκκενοῦσθαι προσήκει φλέγμα. ποικίλων δὲ ἐπικρατούντων χυμῶν ποικίλην εἶναι χρὴ καὶ τὴν κένωσιν. ἐπειδὰν δέ σοι ταῦτα σύμπαντα καλῶς ᾖ διηκριβωμένα, παρακολουθεῖν ἤδη σε χρὴ τοῖς ἀποβαίνουσι. εἰ μὲν γὰρ ὅ τε πυρετὸς λύοιτο κρινομένῳ τῷ κάμνοντι καὶ τῶν ἄλλων ἀπαλλάττοιτο συμπτωμάτων, εὐχρούστερός τε γίγνοιτο πρὸς λόγον τῆς κενώσεως, εὐσφυκτότερός τε καὶ ἰσχυρότερος ἐν ταῖς ἐξαναστάσεσιν, αὕτη μὲν ἡ ἀρίστη κρίσις ἐστίν· εἰ δέ τι τούτων λείποι, τοσοῦτον ἀποδεῖ τῆς ἀρίστης ἡλίκη τοῦ λείποντος ἡ δύναμις.

Κεφ. δ'. Οὕτω μὲν χρὴ διαγινώσκειν ἐνεστῶσαν ἀρίστην κρίσιν, ἔσεσθαι δὲ μέλλουσαν ὧδε. τὴν τοῦ νοσήματος ἐπισκέπτεσθαι φύσιν, εἴτε πικρόχολός ἐστιν, εἴτε φλεγματώδης, εἴτε μελαγχολικὴ, εἴτε μικτή τις. γέγραπται δ' ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ τὰ γνωρίσματα. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτοις τήν τε ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τὴν τοῦ κάμνοντος ἡλικίαν καὶ τὴν κρᾶσιν, ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς ἔχεται συστοιχίας,

tet bilem crifi expurgari, ficut fi pituita exuperavit, pituitam oportet evacuari; variis autem humoribus exuperantibus, variam etiam oportet esse evacuationem. Quum vero haec universa bene tibi fuerint explorata, tunc eventus jam tibi funt confiderandi. Si enim dum aegrotans judicatur, febris folvatur atque aliis fymptomatis liberetur et melius fuerit coloratus pro ratione evacuationis, cum melioribus pulfibus et ad furgendum robuftior, haec optima crifis eft; fi vero ex his aliquid defit, tantum ab optima deficit quanta eft ejus quod deficit vis.

Cap. IV. Sic quidem dignoscere oportet optimam crifim praefentem, futuram vero hoc modo. Morbi natura confideranda eft an ad amaram bilem pertineat vel atram, aut pituitam, vel mixtas habeat fignificationes. Scripta autem funt in libro praecedente horum indicia. Poft hoc autem tempus anni et laborantis aetas et temperamentum et quaecunque alia ejus ordinis funt, de quibus paulo ante fermonem habuimus, unde facta de uno mentione reliquorum

ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται. καὶ χρὴ κἂν ἓν ἐξ αὐτῶν ποτε ῥηθῇ, καὶ τῶν μὴ ῥηθέντων ἀναμιμνήσκεσθαι. μακρὸν γὰρ ἂν εἴη διέρχεσθαι σύμπαντα. μετὰ δὲ ταῦτα σκοπεῖσθαι τὰς περιόδους τῶν παροξυσμῶν, εἴτε διὰ τρίτης, εἴτε διὰ τετάρτης, εἴτε καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εἴτε μηδ' ὅλως γίνονται, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνόχων ἰδίως ὀνομαζομένων ἔστιν ἰδεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἐπείγοιντο καὶ προλαμβάνοιεν ἀεὶ τῆς συνήθους ὥρας, καὶ σφοδρότεροι γίνοιντο πολλῷ, καὶ διὰ τρίτης ἀπαντῷεν, ἐν τάχει κριθήσεσθαι δηλοῦσι· εἰ δ' ἀργῶς κινοῖντο καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν εἰσβάλλοιεν, ἐφ' ἑκάστῃ τε γίγνοιντο ἡμέρᾳ, μετὰ πλείονα χρόνον ἔσεσθαι σημαίνουσι τὴν κρίσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἑξῆς, ὅπερ δὴ καὶ μέγιστόν ἐστι, τοὺς πεπασμοὺς ὁρᾷν, καὶ τούτων μάλιστα ταῖς ἀξιολόγοις μεταβολαῖς προσέχειν τὸν νοῦν. εἰ γὰρ ἐν ἐπιδήλοις ἡμέραις γίγνοιντο, τὰς ἐφεξῆς αὐτῶν κρισίμους ἀπαλλάξειν τῆς νόσου τὸν ἄνθρωπον ἐπαγγέλλονται. καθόλου γὰρ, ὡς κἀν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται λόγοις, ἡ σύμπασα κατάστασις τῶν νοσημάτων διὰ τῶν εἰρημένων τεττάρων γενῶν γνωρίζεται, περὶ ὧν ἔφα-

etiam, si vel silentio praetermittantur, meminisse oportet, nam longum esset omnia semper percurrere. Post haec autem accessionum circuitus sunt considerandi, si vel per tertium, vel per quartum, vel per singulos dies eveniant, vel nullo modo eveniant, sicuti in iis accidit febribus, quae proprie synochi nominantur. Si enim properaverint ac semper pro ratione anticipaverint horam et multo vehementius infestaverint et per tertium occursaverint, cito crisim subsecuturam denunciant, si vero lente moveantur, atque eadem invaserint hora et singulis diebus fiant, post longius tempus crisim futuram denunciant. Praeterea, quod sane maximum est, coctiones inspicere oportet et harum praecipue effatu dignis transmutationibus mentem adhibere. Si enim in diebus indicatoriis fiant, indicia sunt quod sequentes judicatorii dies aegrotum morbo liberabunt. Summatim enim, ut in praecedentibus sermonibus diximus, universa morbi constitutio per quatuor dicta genera manifestatur, de

μεν ἐν ἀφορισμοῖς διειλέχθαι τὸν Ἱπποκράτην τόνδε τὸν τρόπον. τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίνωνται. εἶτ' ἐφεξῆς φησι· ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου μὲν βραχύνει, ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. διηγησάμεθα δ' ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι περί τε τῶν ἐπιφαινομένων τούτων σημείων, ἃ δὴ τὴν πέψιν ἐνδείκνυται τῆς νόσου, καὶ ὅπη διαφέρει τῶν κρισίμων ὀνομαζομένων σημείων τε καὶ συμπτωμάτων. [432] εἴπερ οὖν ἐκείνων μνημονεύεις, ἐλπίζω σε ῥᾳδίως ποιήσειν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ προγνωστικόν τε καὶ διαγνωστικὸν ἀρίστης κρίσεως. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι στοχασμῷ τινι τεχνικῷ προγινώσκονται, τὴν δ' ἀρίστην κρίσιν, ἣν δὴ καὶ μόνην ἁπλῶς ὀνομάζεσθαι κρίσιν ἔφαμεν, οὐδὲ στοχαστικῶς ἄν τις, ἀλλὰ βεβαίως προγινώσκοι. πάντα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων νοσημάτων ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀκίνδυνα φαίνεται τὰ σημεῖα,

quibus diximus Hippocratem in aphorismis differuiffe in hunc modum: *Acceffiones autem et conftitutiones oftendunt morbi, et anni tempora, et circuituum adinvicem incrementa, five quotidie, five alternis diebus, five longiore tempore fiant.* Deinceps ita inquit: *Sed et ex poft apparentibus, veluti in pleuriticis, fputum fi ftatim superveniat; incipiente morbo quidem breviorem facit, fi vero mox apparuerit, longiorem.* In primo autem libro de fignis mox apparentibus, quae quidem figna morbi coctionem oftendunt, plurima diximus, et quo pacto ab iis quae figna et accidentia judicatoria vocantur differant explanavimus. Si igitur ea memoria retines, fpero te facilius praecognoscendi ac dignoscendi optimae crifis facultatem ex hoc fermone adepturum. Reliquae enim crifes conjectura quadam artificiofa praecognoscuntur. Optimam vero crifim, quam etiam folam crifim fimpliciter vocari diximus, non per conjecturam, fed firma praecognitione comprehendes; omnia enim figna in talibus morbis ftatim ab initio fecura

τελέως μὲν οὖν ὄντα τοιαῦτα κατὰ τὴν πρώτην τετράδα τὴν κρίσιν ἐπαγγέλλεται, καθότι καὶ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν ἐν τῷ προγνωστικῷ λέγων ὧδε· οἵ τε εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων γινόμενοι τεταρταῖοι παύονται, ἢ πρόσθεν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται πυρετὸν οὔτε τὸν ἀσφαλέστατα πάντα κεκτημένον οὔτε τὸν ὀλεθριώτατα μὴ οὐ κατὰ τὴν πρώτην τετράδα τὸν μὲν λυθῆναι, τὸν δὲ ἀποκτεῖναι, καθάπερ εἰ καὶ μικρὸν ἀποχωρήσειεν ὁ μὲν ἀπὸ τῶν ἐσχάτως ὀλεθρίων, ὁ δ᾽ ἀπὸ τῶν ἄκρως σωτηρίων, οὐκ ἐνδέχεται τοὺς πυρετοὺς τούτους ἐξωτέρω προβῆναι τῆς ἑβδόμης ἡμέρας. τὸ δὲ εἴτε σφοδρὰ καὶ ἀγωνιστικὴ γενήσεται κρίσις, εἴτε μετρία, εἴτ᾽ οὐδ᾽ ὅλως κρίσις, ἀλλὰ λύσις ἁπλῶς, οὐκέτ᾽ ἐκ τῶν ὀλεθρίων τε καὶ σωτηρίων σημείων, ἀλλ᾽ ἐξ ἄλλων προγινώσκεται. δύο δ᾽ ἐστὶ καὶ τούτων τὰ γένη, μέγεθός τε καὶ κίνησις νοσήματος. ἐν οἷς πρώτοις εὐθὺς ἀκριβῶς χρὴ γεγυμνάσθαι καὶ διακρίνειν αὐτὰ δύνασθαι ῥᾳδίως ἤθους τε καὶ ἰδέας νοσήματος. ἀλλὰ τὴν μὲν ἰδέαν ὡς χρὴ διαγινώσκειν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων εἴρηται.

videntur. Quum igitur talia integre fuerint, in primo quaternario crisim futuram denunciant, sicuti Hippocrates in prognostico hisce verbis ostendit: *Mitissimae enim febres quae cum securissimis signis fiunt, quarto die finiuntur vel prius.* Neque enim contingit febrem omnia signa securissima habentem, neque illam in qua sunt omnia maxime perniciosa, alteram quidem non solvi, alteram autem non occidere in primo quaternario aegrotantem, veluti si haec quidem parum ab extreme perniciosis discesserit, illa vero a maxime salubribus, hujusmodi febres septimum diem non contingit transcendere. Si vero crisis vehemens et cum jactatione futura sit, aut potius moderata, vel neque crisis omnino, sed solutio simpliciter, non amplius ex perniciosis signis et salutaribus, sed potius ex aliis praecognoscitur. Duo autem sunt et horum genera, magnitudo et motus morbi, in quibus primis diligenter oportet exercitari, ut ipsa noscamus et facile a more ac idea morbi distinguere valeamus. Sed ideam ipsam quo quidem pacto dignoscamus,

τριταῖος γὰρ καὶ ἀμφημερινὸς καὶ τεταρταῖος καὶ ἡμιτριταῖος καὶ πλευρῖτις καὶ περιπνευμονία καὶ φρενῖτις εἴδη νοσημάτων εἰσίν. εἰ δ᾽ εὔηθες, ἢ κακόηθες, ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτοῖς συμπτωμάτων ἡ διάγνωσις, ἃ διεξῆλθεν ἅπαντα σχεδὸν Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ. τούτοις δὲ συγκαταριθμεῖν χρὴ καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας τε καὶ τῆς (415) πέψεώς σημεῖα. μέγεθος δὲ καὶ κίνησις νοσήματος ἕτερα τούτων ἐστίν. βληχροὶ γοῦν ἐνίοτε καὶ μικροὶ πυρετοὶ κακοήθεις εἰσὶ σφόδρα καὶ ἄλλοι θερμοὶ καὶ περικαεῖς, ὡς ἄσην τε ἅμα καὶ καῦμα καὶ δίψος ἀφόρητον ἐπιφέρειν, ὅμως οὐδὲν ἔχουσιν ἐνίοτε κινδυνῶδες. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ὡς εἴτε σφοδρότητά τις, εἴτε μέγεθος ὀνομάζει νοσήματος, οὐ διοίσει. τούτων δὲ ἁπάντων ἡ κίνησις διαφέρει, καὶ διαγινώσκεται τῷ χρόνῳ τῶν μερῶν τοῦ παροξυσμοῦ. τεττάρων γὰρ ἐν ἑκάστῳ παροξυσμῷ μορίων ὑπαρχόντων, ἀρχῆς τε καὶ ἀναβάσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς, ἤτοι ταχέως τις ἅπαντα ταῦτα διεξέρχεται πυρετὸς, ἢ βραδέως, ἢ τινὰ μὲν αὐτῶν θᾶττον, τινὰ δὲ βραδύτερον.

in fecundo volumine diximus; nam tertiana et quotidiana et quartana et femitertiana et pleuritis et peripneumonia et phrenitis funt fpecies morbi. Si vero benignus aut malignus fit morbus, ex fubfequentibus ipfum fymptomatis noscitur, quae omnia fere Hippocrates in prognofticis enumeravit. In his autem annumerare oportet coctionis et cruditatis figna, magnitudo vero et motus morbi ab his diverfa funt. Debiles quidem et parvae febres quandoque valde malignae funt, et aliae calidae atque ardentes, ut anxietatem et aeftum et fitim intolerabilem afferant, nihil tamen habent nonnunquam periculofum. Dictum autem et prius eft quod five vehementiam, five magnitudinem morbi quispiam velit nominare, nihil differt. Ab hisce vero omnibus differt motus et ex tempore partium acceffionis comprehenditur. Quum enim unaquaeque acceffio quatuor habeat partes, principium, augmentum, ftatum et declinationem, vel has omnes brevi tempore febris percurrit, vel tardo, vel nonnullas quidem citius, nonnullas vero ferius: fi omnes igitur celeriter peragat, manifeftum inde fit quod

εἰ μὲν οὖν ἅπαντα ταχέως διανύοι, πρόδηλον ὡς ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐπείγεται, καὶ πάντως ἐστὶ διαλείπων οὗτος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸν πάντα ταχὺ διεξιόντα μένειν ἔτι συνεχῆ, καθάπερ οὐδὲ εἰ μηκύνει, κατὰ πάντα τὰ μόρια διαλείπειν ἂν ἔτι δύναιτο. δῆλον δὲ ὡς τὸν μὲν εἰς ἀπυρεξίαν παυόμενον ὀνομάζω διαλείποντα, τοῦ δὲ συνεχοῦς πυρετοῦ πάντως μὲν ἕν γέ τι μεμήκυσται μόριον, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ δύο καὶ τρία καὶ σύμπαντα. τοῦ μὲν ἰδίως ὀνομαζομένου πυρετοῦ συνόχου πολυχρόνιος ἡ ἀκμὴ, μᾶλλον δ᾽ ἀκμὴ πᾶς ἐστιν ὁ τοιοῦτος πυρετός· τοῦ δὲ μὴ συνόχου μὲν, οὐ μὴν εἰς ἀπυρεξίαν γε παυομένου πολυχρονιωτέρας μὲν τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἀκμῆς γινομένης ὀξεῖα ἡ κίνησις, ὀλιγοχρονιωτέρας δὲ βραδεῖα. διωρισμένης οὖν ἰδέας νοσήματος καὶ μεγέθους καὶ κινήσεως καὶ ἤθους, καὶ τῆς μὲν ἰδέας ἐκ τῶν οἰκείων συμπτωμάτων γνωριζομένης, τοῦ δὲ μεγέθους ἐκ τοῦ κατὰ ταῦτα πηλίκου, τῆς δὲ κινήσεως ἐκ τοῦ χρόνου τῶν τοῦ παροξυσμοῦ μορίων, [433] τοῦ δὲ ἤθους ἐκ τῶν ἐπιγινομένων συμπτωμάτων, προσλαμβανομένων δὲ τούτοις ὥρας τε καὶ χώρας καὶ φύσεως

ad crifim properat. Et omnino hujuscemodi febris eft de numero intermittentium, neque enim contingit ut illa quae omnes celeriter peragat, amplius continua permaneat, ficuti neque ut quae in omnibus partibus prolixitatem fervat, fit intermittens. Liquet autem quod eam quidem quae ad infebricitationem definit voco intermittentem. Continuae vero febris omnino convenit, ut pars aliqua aut duae, vel omnes longae fint. Ejus quidem quae proprie fynochus nominatur longus eft ftatus, magis autem tota haec febris ftatus eft. Ejus vero quae non eft fynochus, non tamen definit ad infebricitationem, quum ftatus aliis temporibus longior exiftit, motus eft velox: quod fi brevior, tardus eft motus. Quum igitur morbi idea et magnitudo et motus et mos fuerint diftincti, et idea quidem ex propriis fymptomatis cognita, magnitudo vero ex eorundem quantitate, motus vero ex tempore acceffionis partium, mos autem ex fymptomatis fupervenientibus, his quoque adjuncta confideratione temporis, anni et naturae et regionis et fimilium,

καὶ τῶν ὁμοίων. ὅτι μὲν σωθήσεταί τις, ἢ τεθνήξεται, πρὸς τρία ταῦτα ἀποβλέπων ἐξευρήσεις, ἰδέαν, ἦθος καὶ μέγεθος· μάλιστα δ᾽ ἐν τούτοις προσέχειν τῷ ἤθει τὸν νοῦν. ὅτι δὲ κριθήσεται, ἢ μὴ, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς κινήσεώς τε καὶ τοῦ μεγέθους, ἔπειτα δ᾽ ἐκ τῆς ἰδέας, εἶτ᾽ ἐκ τῆς κατὰ τὰς ὥρας τε καὶ τὰς τοιαύτας συστοιχίας. ἐκ μέντοι τῶν ἐπιγινομένων οὐχ ἁπάντων, ἀλλ᾽ ὅσα μικρῷ πρόσθεν εἶπον, ἀρχομέναις ἤδη ταῖς κρίσεσι συνεισβάλλειν, ἢ βραχύ τι φθάνειν αὐταῖς, ἅπερ δὴ καὶ κρίσιμα σημεῖα καλοῦμεν ἰδίως. τριχῆ γὰρ τῶν ἐπιγινομένων νενεμημένων, εἴς τε τὰ δηλοῦν τὸ ἦθος πεφυκότα καὶ τὰ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι κρίσιν ὑπόγυον, ἔτι τε πρὸς τούτοις ὅσα μὴ μόνον ὡς σημεῖα κρίσεως, ἀλλὰ καὶ ὡς αἴτια τιθέμεθα. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν εἰρημένων γένος ἁπλοῦν ἐστιν. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι μοχθηρὰ, τὰ δὲ χρηστὰ τετύχηκεν ὄντα διὰ παντός. τὸ δὲ δεύτερόν τε καὶ τρίτον οὐκ ἀεὶ ταὐτὸν οὔτε δηλοῦν οὔτε ποιεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ τοῖς τῆς νόσου καιροῖς ὑπαλλάττεται. λέλεκται δ᾽ ἐπὶ πλεῖστον

nunquid morietur aeger aut falvabitur, ad haec tria refpiciens invenies, ad ideam et morem et magnitudinem, fed maxime morem infpicere oportet. Utrum vero per crifim terminabitur morbus, aut non, primum quidem ex motu ac magnitudine infpicies, deinceps autem ex idea ipfius, deinde ex anni tempore et ex aliis quae ejusdem funt ordinis, et ex fupervenientibus quidem fymptomatis non omnibus, fed iis quae paulo ante memoravi, quae vel una cum crifi ab initio invadunt, vel paululum anticipant, quae ipfa judicatoria figna proprie nominamus. Nam quum fupervenientia fymptomata trifariam dividantur, in ea fcilicet, quae morem morbi natura oftendere apta funt, et in ea quae affuturam proxime crifim denunciant, et quae non folum figna, fed etiam caufas crifis pofuimus, primum quidem ex his fimplex eft genus, nam quaedam ipforum prava, quaedam vero bona perpetuo exiftunt, fecundum vero et tertium non femper neque idem facere, neque oftendere aptum eft, fed fecundum morbi tempora variatur. Diximus au-

ὑπὲρ ἁπάντων τούτων ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι. σαφηνείας γοῦν ἕνεκα προκεχειρίσθω τις ἄῤῥωστος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἐναργέστατα σωτηρίας ἔχων σημεῖα. πάντως μὲν γὰρ τούτῳ κατὰ τὴν πρώτην τετράδα λυθήσεται τὸ νόσημα. πότερον δὲ κριθὲν, ἢ λυθὲν, μεγέθει τε καὶ σμικρότητι διορίζεται. τὰ μὲν γὰρ μεγάλα κρίνεται πάντως· ὅσα δὲ σμικρὰ, λύεται μόνον. ἡ δ' ἡμέρα τῆς κρίσεως ἐκ τῆς κινήσεως εὑρεθήσεται. συνόχου μὲν γὰρ ὄντος τοῦ πυρετοῦ καὶ μηδενὸς πλημμεληθέντος, ἀεὶ γὰρ χρὴ τούτου μεμνῆσθαι, κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ἐλπίζειν ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. εἰ δὲ συνεχὴς εἴη, τό τε μέγεθος ὁρᾷν χρὴ καὶ τὴν κίνησιν. ἐνδέχεται γὰρ κατὰ τὴν τρίτην ἢ πέμπτην ἡμέραν γενέσθαι τὴν κρίσιν, κατὰ μὲν τὴν τρίτην μεγάλου τε τοῦ νοσήματος ὄντος καὶ ταχέως κινουμένου, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην, εἰ μὴ πάνυ μέγα μηδὲ ταχέως κινοῖτο. χρὴ γὰρ τὴν κρίσιν συνδραμεῖν τῷ παροξυσμῷ, καὶ οὕτω σπάνιόν ἐστι τὸ κατὰ τὴν τετάρτην κριθῆναι ὥστε Ἀρχιγένης μὲν δὶς ἔοικεν αὐτὸ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἑωρακέναι, ἐγὼ δὲ μέχρι τοῦ νῦν ἅπαξ.

tem latius de omnibus his in primo libro. Doctrinae igitur manifeftioris gratia ducatur ad exemplum aliquis aegrotus, qui primo die habeat figna manifeftiffima falutis, huic enim omnino in primo quaternario finietur morbus. Utrum vero per folutionem, vel crifim, magnitudine et parvitate diftinguitur, fiquidem magni judicantur omnino, qui autem parvi, folvuntur folum. Sed dies crifis ex motu invenietur. Nam fi febris fynochus fuerit ac nullus error acciderit, nam femper hujus oportet meminiffe, in quarto die fperandum eft crifim futuram. Si vero continua fuerit, magnitudinem ac motum infpicere oportet. Contingit enim in tertio, vel quinto die crifim fieri, in tertio quidem, fi morbus fit magnus ac motum velocem habeat, in quinto autem, fi neque valde magnus fit, neque velociter moveatur, oportet enim crifim in idem tempus concurrere cum acceffione. Et ita raro accidit ut quarto die fiat crifis, ut videatur bis tantum Archigenes in toto tempore vitae fuae id obfervaffe, ego vero ad hanc horam femel folum. Et caufa eft, quemad-

καὶ τοῦτο αἴτιόν ἐστιν, ὡς κἀν τοῖς περὶ κρισίμων ἡμερῶν εἴρηται, τοῦ τὴν κρίσιν πολλάκις ἐκ τῆς τετάρτης εἰς τὴν τρίτην τε καὶ εἰς τὴν πέμπτην μεθίστασθαι. τὸ μὲν γὰρ οὕτως ταχέως κρινόμενον νόσημα πάντως κάτοξυ· τοῖς κατόξεσι δὲ πᾶσιν ἤτοι συνόχους ἔχειν πάντως ἀνάγκη τοὺς πυρετοὺς, ἢ συνεχεῖς μὲν, ἀλλὰ διὰ τρίτης παροξυνομένους. οἱ μὲν δὴ σύνοχοι σπανιώτεροί τέ εἰσι καὶ μηδενὸς πλημμεληθέντος ἐν τῇ τετάρτῃ κρίνονται, τῆς φύσεως ταῖς οἰκείαις περιόδοις ἐπὶ τὴν κρίσιν ἀφικνουμένης. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μηδὲν πλημμεληθῆναι σπάνιον. οἱ δὲ σύνεχεῖς ἐν τοῖς παροξυσμοῖς κρινόμενοι τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν εὐλόγως, ἢ τῇ πέμπτῃ λύονται. εἰ γὰρ καὶ τῇ τετάρτῃ κριθεῖέν ποτε, τῷ λόγῳ τοῦ κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν παροξυσμοῦ τοῦτο πάσχουσιν. ὁ γὰρ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, εἰ τύχοι, τῆς τρίτης ἡμέρας εἰσβαλὼν παροξυσμὸς, ἤτοι διὰ τρίτης νυκτὸς, ἢ διὰ τετάρτης ἡμέρας ἐπιφέρει τὴν κρίσιν. ὅταν οὖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν, αὖθις γὰρ ῥητέον ταῦτα, θεασάμενός τι πέψεως ἐναργὲς γνώρισμα, πάντων δὲ δηλονότι τῶν ἄλλων σημείων

modum diximus in libris De diebus judicatoriis, ut crifis faepius ex quarto die ad tertium et ad quintum transmutetur. Nam morbus qui tam fubito crifim habet omnino peracutus eft; in omnibus autem morbis peracutis neceffarium eft febres, vel fynochos effe, vel continuas quidem, fed quae per tertium exacerbantur. Synochi quidem raro eveniunt, et ubi nullus fit error, in quarto finiuntur per crifim, natura propriis circuitibus ad crifim perveniente; rarum vero etiam eft ut nullus fit error. Continuae autem febres, quae in acceffionibus crifim habent, tertio die vel quinto rationabiliter finiuntur; nam fi quandoque etiam quarto judicentur, ratione ejus acceffionis quae tertio die fit, id patiuntur; quae enim circa horam undecimam, fi ita contigerit, diei tertii acceffio invadit, vel tertia nocte, vel quarto die invehit crifim. Quum igitur primo die, rurfus enim eadem repetenda, fignum aliquod coctionis manifeftum apparuerit, reliquis etiam omnibus periculum nullum por-

ἀκινδύνων ὑπαρχόντων, εἰδείης μὲν ἤδη βεβαίως ὅτι περὶ τὴν πρώτην τετράδα τὴν λύσιν ἀνάγκη γενέσθαι τῷ νοσήματι, θεασάμενος δὲ τὸ μέγεθος αὐτοῦ προσεπιμάθοις ὅτι καὶ μετὰ κρίσεως. [434] ἐκ γοῦν τῆς κινήσεως χρή σε τοῦ νοσήματος ἢ τὴν τρίτην, ἢ τὴν τετάρτην ἢ τὴν πέμπτην ἐλπίζειν· εἰ μὲν πάνυ ταχέως κινοῖτο, τὴν τρίτην, εἰ δὲ βραδύτερόν πως, τὴν πέμπτην, εἰ δὲ σύνοχος ὁ πυρετὸς εἴη, τὴν τετάρτην. συνεπιλαμβάνεται δὲ τῷ μὲν τάχει τῆς κινήσεως τό τε μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους καὶ ἡ ἡλικία καὶ ἡ χώρα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα πολλάκις εἴρηται πικρόχολα τὴν φύσιν ὑπάρχειν, τῇ δὲ βραδύτητι τἀναντία. θέρους μὲν γὰρ νεανίσκος φύσει θερμότερος ἐξ ἐνδείας καὶ πόνου ἐδεσμάτων τε καὶ ποτῶν χολωδῶν συνεπιλήψεται τῇ τρίτῃ κρίσει, καὶ μᾶλλον εἰ αὐχμώδης ἱκανῶς ἥ τε προγεγενημένη κατάστασις εἴη καὶ ἡ νῦν ἐνεστῶσα καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ νοσεῖ φύσει θερμόν. εἰ δὲ καὶ τριταῖαι κρίσεις ἐπιδεδημήκυῖαι τηνικαῦτα εἶεν, ἐστὶ βεβαιότερος ὁ στοχασμός. εἰ μέντοι τἀναντία πάντα συνέλθοι, βραδυτέρα μὲν ἡ κίνησις τοῦ νοσήματος, οὐ πάνυ

tendentibus, tunc proculdubio sciemus, quod in primo quaternario morbi solutionem subsequi sit necessarium. Quod si etiam ejus magnitudo inspecta sit, ulteriorem habebis notitiam, quod cum crisi finietur. Ex morbi autem motu te sperare oportet, quod crisis vel tertio die fiet, vel quarto, vel quinto, si quidem celer sit motus, tertio, si vero quodammodo tardior, in quinto, si vero febris fuerit synochus, in quarto. Adjuvat motus celeritatem morbi magnitudo et anni tempus et regio et aetas et quaecunque alia amarae bili conveniunt, tarditati autem metus insunt contraria. Aestate enim adolescens natura calidior, post inediam et labores et cibos et potus biliosos, tertiana crisi occupabitur, et praesertim si is qui antecesserit temporis status admodum squalidus extiterit et praesens etiam, et locus in quo aegrotat fuerit natura calidior, si vero et tertianae crises tunc populariter grassentur, adhuc certior est conjectura. Quod si omnia contraria convenerint et motus morbi tardior, neque magnitudo valde effatu digna et tem-

δέ τι τὸ μέγεθος ἀξιόλογον, ἡ δὲ ὥρα χειμὼν, ὁ δὲ νοσῶν ἤτοι φύσει φλεγματωδέστερος, ἢ παρακμάζων, εἰς τὸν τῆς πέμπτης ἡμέρας παροξυσμὸν ἐλπίζειν ἀφίξεσθαι τὴν κρίσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ καὶ τὸ χωρίον ὑγρὸν εἴη καὶ ψυχρὸν, ἥ τε παροῦσα κατάστασις ὁμοία καὶ αἱ κρίσεις ἐπιδεδημηκυῖαι πεμπταῖαι, καὶ τἄλλα δὲ τὰ τούτοις (416) ἀνάλογα, ἀργία τε καὶ πλησμονὴ, καὶ φλεγματώδη τὰ προεδηδεσμένα σιτία χρόνῳ πλείονι. πάλιν οὖν ἕτερος ἄῤῥωστος ὑποκείσθω, μήπω μὲν μηδὲν ἔχων ἐναργὲς πέψεως σημεῖον μήτ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν μήτ' ἐν τῇ δευτέρᾳ, μὴ μέντοι κινδυνῶδες, ἀλλὰ παντοίως ἀκίνδυνα πάντως. σωθήσεται μὲν δηλονότι καὶ οὗτος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ πρώτῃ τετράδι τελέως ἀπαλλαγήσεται. προσέχειν οὖν αὖ δεῖ σε τὸν νοῦν ἐπιμελῶς, εἴ τι πέψεως ἐναργοῦς ἐπιδείξει σημεῖον. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀνάγκη λυθῆναι τὸ νόσημα, μηδενὸς ἐν τῷ μεταξὺ πλημμεληθέντος. εἰ δὲ μετὰ κρίσεως, ἢ μὴ, τῷ μεγέθει τοῦ νοσήματος διορίζεσθαι. πρόδηλον γὰρ ὡς

pus anni fuerit hibernum, aeger autem vel natura pituitofior, vel jam declinantis aetatis, fperandum eft crifim ad quinti diei acceffionem perventuram, adhuc autem magis, fi locus natura frigidior atque humidior extiterit et praefens temporis ftatus confimilis et quintanae crifes populariter graffentur, et reliqua his proportione refpondentia, veluti otium, repletio et efus ciborum pituitoforum a plurimo tempore. Rurfus igitur alius aegrotus fubjiciatur, qui nullum habeat fignum coctionis manifeftum, neque in primo die, neque in fecundo, neque tamen perniciofum, fed omnino omnia fint citra periculum, falvabitur quidem et hic, fed in primo quaternario non liberabitur integre. Oportet igitur mentem diligenter adhibere, nunquid aliquod fignum manifeftum coctionis oftendat; nam fi hoc fiat, neceffe eft ut in feptimo die aeger liberetur, modo interim nullus error admittatur. Si vero per crifim, vel fine crifi falus fit fecutura, hoc ex morbi magnitudine nofcitur. Liquet enim quod fi magnus fuerit, omnino per crifim morbus finietur; quod

περ μέγα, πάντως μετὰ κρίσεως· εἰ δὲ καὶ κινούμενον ὀξέως, ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον, ὥστε κἂν ἁμαρτηθῇ τι μὴ πάνυ μέγα περὶ τὸν κάμνοντα, πάντως μετὰ κρίσεως, καὶ οὕτως ἐλπίζειν ἑβδομαίαν ἀπαντήσεσθαι κρίσιν. εἰ μέντοι μὴ πάνυ ταχέως κινοῖτο, πλημμεληθείη δέ τι μεταξὺ περὶ τὸν ἄνθρωπον, εἰς τὴν ἐννάτην ἡμέραν ἡ κρίσις μεταπίπτειν ὀφείλει. πάλιν οὖν ἕτερος ἄῤῥωστος ὑποκείσθω τῶν ἀκινδύνως ἐχόντων ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας πρῶτον ἐναργὲς ἴσχων τι πέψεως σημεῖον. οὗτος, εἰ μὲν μέγα τὸ νόσημα καὶ ταχέως εἴη κινούμενον, ἑνδεκαταῖος μᾶλλον ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖος κριθήσεται· μικροτέρου δὲ ὄντος, ἢ μὴ πάνυ ταχέως κινουμένου, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος μᾶλλον ἢ ἑνδεκαταῖος. ἐπιδιορίζεσθαι δὲ δεῖ τοῖς ἄλλοις, εἰ μὲν καὶ νέος εἴη καὶ φύσει χολώδης καὶ θέρος καὶ ἐν χωρίῳ φύσει θερμῷ καὶ τά τε τοῦ πρόσθεν βίου καὶ τὰ τῆς παρούσης καταστάσεως ἐπὶ τὸ θερμότερον ἅπαντα ῥέποι, πάντως ἐπὶ τῆς ἑνδεκάτης ἡμέρας κριθήσεται οὗτος, καθάπερ εἰ καὶ τἀναντία τῶν εἰρημένων ἅπανθ᾽ ὑπάρχει τῷ νοσοῦντι, κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην.

ſi etiam motus velocitas adjungatur, multo magis id ſiet, ut ſi etiam aliquis error, non magnus tamen, circa aegrotantem factus fuerit, omnino per criſim, et ſic ſperandum criſim in ſeptimo eventuram. Quod ſi non multum velociter moveatur, aliquis vero error circa hominem interim fiat, ad nonum diem criſis transfertur. Rurſus itaque ſupponamus aliquem ſalubri morbo laborare, qui die ſeptima aliquod coctionis ſignum habeat manifeſtum; hic ſi morbus magnus extiterit et celeriter moveatur, undecimo potius quam decimoquarto die criſim patietur, quod ſi minor fuerit neque celerem motum habuerit, decimoquarto magis quam undecimo. Simul vero cum aliis eſt diſtinguendum, ſi et juvenis fuerit et natura bilioſus et tempus aeſtivum et in loco calido aegrotaverit, et prior victus et quaecunque praeſenti attinent ſtatui, ad calidius declinaverint, omnino iſte die undecimo criſim habebit, quemadmodum, ſi omnia contraria iis quae dicta ſunt, aſſuerint aegrotanti, in quartodecimo.

εἰ δὲ τινὰ μὲν εἴη, τινὰ δὲ μὴ, πλημμεληθέντος δέ τινος ἐν τῷ μεταξὺ, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν οὐκ ἐνδέχεται κριθῆναι τὸ νόσημα. πολλάκις δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν ιδ΄, ὅταν ᾖ μεῖζον τὸ ἁμαρτηθέν. εἰ μέντοι μηδὲν ἁμαρτηθείη, μικτὰ δ᾽ εἴη τὰ συμπτώματα, γεγυμνασμένου τε καὶ ὀξέος ἐν τῷδε χρεία τοῦ ἰατροῦ πρὸς τὸ διακρίνειν τὰ μείζονα τὴν δύναμιν ἔχοντα σημεῖα, καὶ τῇ κατ᾽ αὐτὰ προδηλουμένῃ κρίσει πιστεῦσαι μᾶλλον ἐπὶ τῶν οὕτως ἀμφιβόλων προγνώσεων. [435] εἰ δὲ καὶ μὴ κατὰ τὴν ζ αὐτὴν, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἄλλας γε τὰς μεταξὺ τῆς ἑβδόμης τε καὶ τῆς ια΄ ἔνεστιν ἀκριβῶς ἐξευρεῖν τὸ γενησόμενον. εἰ γὰρ ἤτοι τὸ μέγεθος ἢ τὸ τάχος τῆς τοῦ νοσήματος κινήσεως ἐπιταθείη κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, ἀξιόλογός τε προσθήκη γίγνοιτο τοῖς τῆς πέψεως σημείοις, ἑνδεκαταῖος ὁ τοιοῦτος ἄῤῥωστος κριθήσεται, καθάπερ εἰ καὶ τἀναντία, τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. ὑποκείσθω τοίνυν πάλιν ἄῤῥωστος ἐν ἀκινδύνῳ νοσήματι κατὰ τὰς προτέρας ἡμέρας, ἀργοτέραν τε τὴν κίνησιν ἔχων τοῦ πυρετοῦ καὶ μηδὲ περικαῶς πάνυ πυρέττων, ἀλλὰ καὶ σὺν τοῖς τῆς ἀπεψίας σημείοις·

Quod fi nonnulla quidem affuerint, nonnulla vero non, atque interim aliquis error inciderit, fieri non poteft ut crifis die undecimo fubfequatur, faepius vero nec die decimoquarto, quando magis fuerit erratum. Sed fi nullus error acciderit, mixta vero fuerint fymptomata, hic opus erit medico exercitato ac perfpicaci, ut ea quae vim majorem habent, figna diftinguat, et illi quae ab ipfis oftenditur crifi fidem adhibeat certiorem in hisce adeo ambiguis praecognitionibus. Si autem neque in ipfo feptimo die, in aliis certe inter feptimum et undecimum id quod futurum eft exquifite discere licet. Nam fi magnitudo vel velocitas motus morbi in eisdem diebus intendatur, ac coctionis fignis effatu digna acceffio facta fuerit, hujusmodi aegrotus die undecimo crifim patietur, ficuti fi contra fe habuerint, in quartodecimo. Subjiciatur rurfus aegrotus, qui in morbo falubri in primis diebus tardiorem febris motum habeat, neque cum nimis vehementi calore, veruntamen adfint cruditatis figna,

ὅτι μὲν ἐντὸς τῆς ιδ ὁ τοιοῦτος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείη τοῦ νοσήματος ἤδη δῆλον. εἴτε δὲ κατ᾽ αὐτὴν ἐκείνην, εἴτε καὶ ποῤῥωτέρω, τοῖς καιροῖς τῆς ὅλης νόσου διορίζεσθαι. τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς σημεῖα μέχρι πολλοῦ παραμένοντα χρόνιον εἶναι δηλώσουσι τὸ νόσημα, τὰ δὲ τῆς ἀναβάσεως, εἰ κατὰ τὴν δ ἢ τὴν ζ φανείη, περὶ τὴν ιδ ἐλπίζειν τι, διορισθήσεται δὲ ἐπὶ τῆς ια. εἰ γὰρ ἅμα τὰ τρία τάδε συνδράμοι κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ἥ τε τῆς κινήσεως ὀξύτης ἱκανὴν αὔξησιν εἰληφυῖα καὶ τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ, καὶ προσέτι πέψεως ἐναργὲς γνώρισμα, κατὰ τὴν ιδ ἡ κρίσις· ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον, εἰ καὶ τὰ τῆς ὥρας τε καὶ τὰ τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ τῆς φύσεως τοῦ νοσοῦντος, ὅσα τ᾽ ἄλλα τούτοις ἀνάλογον εἰς τάχος κρίσεως συντελεῖ. μόνου δὲ τοῦ τῆς πέψεως ἐναργῶς σημείου κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν γινομένου, μὴ μέντοι μήτε τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος μήτε τοῦ τάχους τῆς κινήσεως κατεπείγοντος, οὐκ ἂν ἐν τῇ ιδ κριθείη. ἀλλ᾽ εἰ μὲν καὶ τὰ τῆς ὥρας καὶ τὰ τῆς ἡλικίας τοῦ κάμνοντος, ὅσα τ᾽ ἄλλα τούτοις ἐστὶ σύστοιχα, πρὸς τὸ ψυχρότερον ῥέποι, μὴ

quod quidem intra quartumdecimum diem hic non liberabitur morbo jam manifestum est. An vero in illa ipsa die, vel postea, ex morbi temporibus distinguendum est, nam principii quidem signa si diu permanserint, diuturnum fore morbum significant. Augmenti vero si in quarta vel in septima die apparuerint, sperandum est aliquid in quartodecimo, sed in undecimo determinabitur. Nam si haec tria in eo die conjuncta fuerint, et motus velocitas, quae sufficiens sumpserit incrementum et febris magnitudo, ac praeterea manifestum coctionis indicium, fiet crisis in quartadecima, adhuc autem magis, si et anni tempus et aetas et aegrotantis natura et quaecunque alia his proportionibus respondent, ad crisis celeritatem contulerint. Si vero solum manifestum coctionis signum die undecima appareat, neque tamen morbi magnitudo aut motus velocitas festinaverint, tunc ultra diem decimumquartum crisis differetur. Sed si quidem anni tempus et aetas aegrotantis et quaecunque alia his proportione respondentia, ad frigidius declinaverint,

πρὸ τῆς κ' ἐλπίζειν ἔσεσθαι τὴν λύσιν τοῦ νοσήματος. εἰ δὲ μικτά πως εἴη καὶ ἡ ιδ' τὰ σημεῖα τῆς πέψεως ἀξιολόγως αὐξήσειε, κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡ κρίσις ἀπαντήσεται. εἰ δὲ μηδ' ἐπὶ τῆς ιδ' νεωτερισθείη μηδὲν, ἀκριβῶς πάνυ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἐπὶ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ἐσομένοις. πιστότατον γὰρ ἔσται τὸ κατ' αὐτὴν φανὲν σημεῖον, εἰ καὶ πάνυ σμικρὸν εἴη, καὶ προδηλώσει τὴν ἐπὶ τῆς κ' ἡμέρας ἐσομένην κρίσιν.

Κεφ. ε'. Ὅτι δὲ αἱ τοιαῦται σύμπασαι κρίσεις, ἃς ἐξηριθμησάμεθα, πασῶν εἰσιν ἄρισται, τουτέστιν ἀκίνδυνοί τε καὶ τέλειαι καὶ ἀσφαλεῖς, εἰ τοῖς ἐξ ἀρχῆς εἰρημένοις ἅπασαν ἠκολούθησέ τις, οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως ἔτι προσδεῖται. ὅταν γὰρ ἐπί τε σημείων ἀγαθῶν γίγνωνται καὶ πέψεως ἀκριβοῦς, ἀρίστας ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτὰς, ὅπου γε καὶ ὁ πεπασμὸς μόνος ταχύτητι κρίσεως καὶ ἀσφάλειαν ὑγιείας σημαίνει. οὐδὲ γὰρ ἐπινοῆσαι δυνατὸν ἐπ' ἀκριβεῖ πέψει νοσήματος ἀπαντῆσαί ποτε κρίσιν οὐκ ἀγαθὴν, ἀκριβὴς δὲ πέψις ἐν ταῖς ἀκμαῖς γίνεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀπ' ἀρχῆς εὐθὺς ὑφ'

ſperandum non eſt morbi ſolutionem ante vigeſimum diem ſecuturam. Quod ſi mixta quoquo modo ſigna affuerint et dies decimusquartus coctionem inſigniter auxerit, die decimo ſeptimo criſis occurret. Si vero neque die quartodecimo aliquid novatum fuerit, tunc ad ſeptimum decimum diem eſt reſpiciendum, ſi enim in eo aliquod ſignum apparuerit, id fidiſſimum erit, quamvis valde exiguum fuerit, vigeſimoque die criſim futuram praemonſtrabit.

Cap. V. Quod vero hae criſes univerſae, quas numeravi, omnium optimae ſint, hoc eſt ſecurae atque perfectae et certae, ſi quis ea omnia quae a principio dicta ſunt, aſſequutus eſt, nulla amplius egebit demonſtratione. Quum enim poſt ſigna optima atque exquiſitam coctionem factae fuerint, neceſſe eſt ut optimae ſint, quoniam et ſola coctio criſis celeritatem et ſalubrem ſecuritatem oſtendit, neque enim vel animo concipi poteſt, quod poſt morbi exquiſitam coctionem criſis mala ſequatur. Exquiſita vero coctio fit tempore ſtatus, atque idcirco ab initio ipſo nos admonui-

ἡμῶν παρῄνητο μηδὲν οὕτως ἀσκεῖν προγινώσκειν ὡς τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος. εἰ γὰρ καὶ τὸ σχῆμα τῆς διαίτης ὡς πρὸς ἐκείνην συντάττεται, καὶ κρίσις ἀρίστη κατ᾽ ἐκείνην γίνεται, καὶ πασῶν ἐστι τῶν κρίσεων αὕτη κανών. εἰ γὰρ ἡ ἐγγυτέρω ταύτης ἀεὶ τῆςποῤῥωτέρω βελτίων, οὐδὲν οὕτως ἀσκεῖν χρὴ τὸν ἰατρὸν ὡς προγινώσκειν ἀκμήν. ἔστω γὰρ ἐπὶ τῆς ιδ´ ἡμέρας ἐλπίζεσθαί σοι τὴν ἀκμὴν, ἤτοι δὲ διὰ μέγεθος τοῦ νοσήματος [436] ἢ διὰ τὸ τῆς κινήσεως τάχος, ἢ καὶ δι᾽ ἄλλόν τινα ἔξωθεν ἐρεθισμὸν, ἐπὶ τὴν ια´ εἰσβάλλειν τὴν κρίσιν, οὐκέτ᾽ οὐδὲ τελείαν αὐτὴν, οὐδ᾽ ὅλως ἀγαθὴν ἐλπίσαι δυνατὸν, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ δέει κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀνάγκη εἶναι, καὶ μάλιστα, εἰ καὶ μὴ παντάπασιν ἀκίνδυνον ὑπάρχει τὸ νόσημα. σωτηρίου μέντοι φαινομένου, τὸ γοῦν ἤτοι μετὰ χαλεπῶν γενέσθαι συμπτωμάτων τὴν κρίσιν, ἢ μὴ τελείαν, ἢ πάντως ὑποτροπιάσειν ἀναγκαῖον ὑποπτεύειν. οὕτως ἄρα μεγίστη τις δύναμις ἐν τοῖς πεπασμοῖς ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ἀκμαῖς. καὶ γὰρ οὖν καὶ εἴ τινα κατὰ ταύτας οὐκ ἐκρίθη νοσήματα, κριθῆναι τούτοις ἐπὶ τῶν

mus nulli alteri exercitationi tam esse intendendum quam ad morbi statum praenoscendum. Nam si forma victus ad illum instituitur et crisis optima in illo fit, atque omnium crisium ipsa est regula, quae enim huic proximior est altera magis distante potior semper est, in nulla re adeo exercitandus est medicus, quantum in status praecognitione. Esto igitur ut in die quartodecimo spes sit fore statum et aut ob morbi magnitudinem, vel motus velocitatem, vel propter aliquod aliud extrinsecum irritamentum, crisis die undecimo anticipet, neque ipsam perfectam, neque omnino bonam sperare possumus: sed hoc tempore omnino timendum est, praesertim si neque in totum morbus periculo vacat. Quod si salubris apparuerit, verendum est ne crisis vel cum gravibus fiat symptomatis, vel non perfecta, vel omnino revertatur, adeo magnam habent vim coctiones, ac propterea etiam morbi status. Et quidem si morbi in hoc tempore crisim non habuere, fieri non potest ut in declina-

παρακμῶν ἀμήχανον. ὅσα γὰρ ἂν ἅπαξ ὑπερβῇ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν, ἄκριτα μείναντα, κατὰ βραχὺ ταῦτα λύεται, καὶ μὲν δὴ καὶ κίνδυνος ἔτι θανάτου μετὰ τὸν τῆς ἀκμῆς καιρὸν οὐδείς ἐστιν. ἐμοὶ γοῦν κριτῇ, καίτοι δοκοῦσί τινες ἑωρᾶσθαι τεθνεῶτας ἐν ταῖς παρακμαῖς. ἀλλ' εἴτε τῇ πείρᾳ χρὴ κρίνειν, εἴτε τῷ λόγῳ, κατ' ἄλλο τι τούτους ἀποθανόντας οἶδα, καὶ οὐ κατ' αὐτὸ τὸ νόσημα· πάντες γοῦν ἐφ' ἁμαρτήμασιν ἀπώλοντο, μάλιστα μὲν τοῖς ἑαυτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς τῶν (417) ἰατρῶν. οὕτω μὲν ἡ πεῖρα μαρτυρεῖ τὸ μηδένα κατὰ τὰς παρακμὰς ἀποθανεῖν δι' αὐτὸ τὸ νόσημα, ταύτης δ' ἔτι πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ πεφθέντων τῶν νοσερῶν αἰτίων, οὐδὲ τῆς φύσεως ἐπικρατούσης ἔτι, ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἄν γε θεραπεύηται καλῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ὅπου γὰρ διήνεγκέ τε καὶ ἀπεμαχέσατο, καὶ ἀντήρκεσε τῷ σφοδροτάτῳ τῆς νόσου, καὶ κατηγωνίσατο τὰ λυποῦντα, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ πεπασμὸς, οὐκ ἐνδέχεται ταύτην οὐκέτι νικηθῆναι. καὶ μὴν εἴπερ ἀήττητος ἡ φύσις τοῦ νοσήματος εἴη, κατ' οὐδένα τρόπον ἐγχωρεῖ θάνατον ἀπαντῆσαι, εἴ γε δὴ

tione habeant, quicunque enim status tempus semel praeterierint, hi sine crisi perseverant et paulatim solvuntur. Et nullum est mortis periculum tempore status elapso, quantum judicio assequi possum, et tamen quidam sunt, qui putant se vidisse aegrotos in declinationibus periisse. Sed si experientiae vel rationi credere oportet, novi ipsos alia ratione quam morbi interisse, omnes si quidem erroribus interiere, praecipue quidem suis ipsorum, sed et aliquando medicorum. Sic quidem experientia testatur neminem unquam vi morbi in declinationibus periisse, sed adhuc magis ratio; neque enim possibile est, coctis jam causis morbificis, ac jam natura victrice aegrum interire, modo recta curatio a medicis adhibeatur. Ubi enim natura superior evasit et debellavit et restitit vehementiori morbi conatui et quae infestabant, expugnavit, hoc enim est ipsa coctio, fieri non potest ut deinceps succumbat. Quod si a morbo natura non vincatur, mortem subsequi nullo modo contingit, si-

μηδ᾽ ἄλλό τι θάνατός ἐστι παρὰ τὴν παντελῆ τῆς φύσεως ἧτταν, διαρκούσης δὲ καὶ κρατούσης καὶ νικώσης ἀνάγκη σώζεσθαι τὸ ζῶον. ἐκ πάντων οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζει τοῦτ᾽ ἀσκεῖν μάλιστα, τῆς νόσου προγινώσκειν τὸ μέρος, ὃ καλοῦσιν ἀκμήν. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ τοῦ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ μὴ τεθνήξεσθαι πρόγνωσις, ἄνευ τοῦ προγνῶναι τὸν καιρὸν τῆς ἀκμῆς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. τότε γὰρ πρῶτον ἀποθανεῖν ἀναγκαῖον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ νοσήματος ἡττηθῇ. χρὴ δὲ, εἴτε δύναμιν, εἴτε φύσιν εἴποιμι, ταὐτὸν ἀκούειν σε νῦν, καὶ μὴν οὐκ ἐγχωρεῖ σε γνῶναί ποτε, πότερον πρῶτον ἡττηθήσεται, τοῦ μέλλοντος ἀδήλου παντάπασιν ὑπάρχοντος. εἰ μὲν γὰρ ἐντὸς ἡμέρας μιᾶς ἡ κρίσις ἔσεσθαι μέλλει, φθάσει δηλονότι σωθεὶς ὁ νοσῶν, πρὶν τὴν δύναμιν ὑπὸ τοῦ νοσήματος νικηθῆναι. εἰ δ᾽ οὐκ ἐνδέχεται πρὸ τῶν κ´ ἡμερῶν, εἰ τύχοι, γενέσθαι τὴν ἀκμὴν, ἐνδέχεται φθάσαι καμεῖν ἐν τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν, ὥστε τῶν ὁμοίων πάντων φαινομένων ἀῤῥώστων ἐγχωρεῖ τὸν μὲν σωθῆναι, τὸν δ᾽ ἀπολέσθαι διὰ τὸν καιρὸν τῆς μελλούσης ἀκμῆς. εἰ μὲν οὖν εἶχέ τις

quidem nihil aliud mors est nisi absoluta naturae prostratio, ubi vero ipsa perdurat, dominatur ac vincit, hominem necesse est liberari. Ex omnibus igitur nos ratio cogit in id maxime esse incumbendum, ut eam morbi partem praenoscamus, quam statum vocant; nam si moriturus est aeger, aut non, nemo praecognoscet, nisi status tempus praecognoverit. Tunc enim primum mori aegrotantem est necessarium, quum vires morbo succubuerint, sive autem vires, sive naturam dixero, idem te nunc intelligere oportet, et quidem utrum prius superabitur, sciri non potest, si futurum penitus fuerit incertum. Nam si crisis intra unum diem esse debeat, salvabitur aeger antequam vires a morbo prosternantur. Si vero ante viginti dies, ita enim contingat, non possit status advenire, fieri potest ut interim natura fatigetur adeo ut quum aegroti omnino similiter habere videantur, alter quidem salvetur, alter moriatur, ob status futuri tempus. Si quis vero nos alium modum sciret edocere,

ἄλλον ἡμᾶς διδάξαι διορισμὸν εἰς τὸ διακρίνειν δύνασθαι τούς τ' ἀπολεσθησομένους καὶ σωθησομένους, οὐδὲν ἂν ἴσως εἰς τοῦτο δεοίμεθα διαγινώσκειν ἀκμὴν μέλλουσαν, εἰ οὐκ ἐνδέχεται τῶν ὡσαύτως φαινομένων νόσων ὅστις ἐστὶν ὁ σωθησόμενος, ἢ τεθνηξόμενος, ἑτέρως ἢ ὡς ἐγὼ νῦν εἴρηκα, μεγίστη καὶ κατὰ τοῦτο χρεία τοῦ προγνῶναι τὴν ἀκμήν. Ἱπποκράτης μὲν οὖν συντεκμαίρεσθαί φησι χρῆναι τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος ἀπαυδήσει πρότερόν καὶ ἀμβλυνεῖται. φαίνεται δὲ καὶ Διοκλῆς καὶ Πλειστόνικος καὶ Πραξαγόρας καὶ Φιλότιμος καὶ πάντες ἁπλῶς εἰπεῖν οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἰατρῶν οὐδὲν ἐξευρίσκοντες ἄλλο βέλτιον εἰς διάγνωσιν τοῦ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ σωθήσεσθαι. [437] τοῖς δὲ πάντῃ τὰ καλὰ τῆς τέχνης λυμηναμένοις οὔτ' ἄλλό τι σοφώτερον ἐξεύρηται, καὶ τοῦτ' ἐσχάτως ἠμέληται. τίς γὰρ αὐτῶν ἢ μέγεθος νοσήματος, ἢ ῥώμην δυνάμεως ἀσκεῖ διαγινώσκειν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἀκμὴν προγινώσκειν; καὶ μὴν ἄνευ τῆς τῶν τριῶν

quo morituros a falvandis poffemus diftinguere, non effet fortaffis ad hoc ftatus necellaria praecognitio, fed quum aliam viam quam nuper dictam invenire nequeamus, aegrotis fimiliter habere apparentibus, quis falvabitur, quisve morietur, maxima ex hoc praecognofcendi ftatus neceffitas oritur. Hippocrates igitur ita inquit: *Conjectura affequi oportet, an aeger cum eo victu usque ad morbi ftatum perdurabit, et utrum ipfe prius deficiet, neque cum eo victu perdurabit, vel morbus antea finietur et obtundetur.* Videntur quidem et Diocles et Pliftonicus et Praxagoras et Philotimus atque omnes, ut ita dixerim, probatiffimi medici nihil aliud melius inveniffe ad judicandum, nunquid aeger falvabitur aut morietur: qui vero omnia bona artis deteriora fecerunt, ii neque aliquod aliud fapientius exogitaverunt et hoc maxime neglexerunt. Quis enim eorum eft, qui aut morbi magnitudinem aut naturae robur cognofcere ftudeat; aut futurum ftatum praecognofcere? Et quidem fine horum trium exacta dignotione nihil de fa-

τούτων ἀκριβοῦς διαγνώσεως οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας οὐδὲν ἐξευρεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ εἰ φορτίον τις ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο, χωρὶς τοῦ καὶ τὴν ῥώμην εἰδέναι τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ μέγεθος τοῦ φορτίου καὶ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ. ἀνάλογον γάρ ἐστιν ἡ μὲν δύναμις τῷ βαστάζοντι, τὸ δὲ νόσημα τῷ φορτίῳ, τὸ δὲ μῆκος τοῦ χρόνου τὸ μέχρι τῆς ἀκμῆς τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ. πῶς οὖν οἷόν τέ ἐστι γνῶναι περὶ τοῦ κάμνοντος, εἰ ἐξαρκέσει, μηδεμίαν ἔχοντα πρόγνωσιν περὶ τῆς ἀκμῆς; ἐξ ἁπάντων οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζει μηδὲν οὕτως ἀσκεῖν ὡς τῆς μελλούσης ἀκμῆς τὴν πρόγνωσιν. εἰ γὰρ καὶ διαιτῆσαι καλῶς οὐκ ἐγχωρεῖ χωρὶς τοῦ ταύτην προγνῶναι, καὶ περὶ σωτηρίας τοῦ νοσοῦντος, ἢ περὶ θανάτου, καθ᾽ ἕτερον τρόπον οὐχ οἷόν τε σαφῶς ἐξευρεῖν. ἀλλ᾽ οὐδὲ περὶ κρίσεως, εἴτε ὅλως, εἴτε μηδ᾽ ὅλως ἔσται καὶ γινομένη πηνίκα καὶ ὁποία τις ἔσται, χωρὶς τῆς κατὰ τὴν ἀκμὴν προγνώσεως ἀδύνατον εἰδέναι. μέγιστον ἂν εἴη καὶ πρῶτον ἁπάντων τῶν κατὰ τὴν τέχνην ἀκμῆς μελλούσης ἀσκῆσαι πρόγνωσιν. ὅπως μὲν οὖν χρὴ τοῦτο ποιεῖν, ἔμπροσθεν εἴρηται.

lute investigari contingit, non magis quam hoc, nunquid aliquis portando oneri sufficiat sciri potest, hominis robore, oneris magnitudine et viae longitudine antea non perspecta; nam aegri vires portanti onus, morbus vero oneri, tempus autem quod usque ad statum extenditur, longitudini viae respondet. Quo pacto igitur de aegrotante sciri potest, nunquid sufficiat, si nulla status praecognitio habeatur? Ex omnibus igitur ratio cogit nil tam studiose esse discendum quam futuri status praenotionem. Si enim neque conveniens victus adhiberi potest, si hic non praecognoscatur, neque de aegri salute, vel morte alio modo manifestam haberi notitiam contingit. Sed neque de crisi, nunquid futura sit, aut omnino non erit, et si fiat, quando et qualis erit sciri potest, si praecognitio status non habeatur. Quare maximum hoc erit artis opus et caeteris omnibus anteferendum ad praecognoscendum futurum statum exercitatio. Sed quomodo hoc fieri potest, antea diximus.

καὶ οἱ παροξυσμοί. νόησον δή μοι τοιοῦτόν τι συμβαῖνον ἐπὶ τῆς φύσεως, οἷον ἤδη συνέπεσεν ἀνθρώποις ἀσθενέσι προπηλακισθεῖσιν ὑπό τινων ἰσχυροτέρων ἐξορμῆσαι πρὸ τοῦ δέοντος, ἀπαρασκευάστοις τε μαχομένοις ἡττηθῆναι. καὶ μὴν καὶ φορτίον ἀποθέσθαι τις βουλόμενος ἄκων ἐνίοτε συγκατέπεσεν αὐτῷ, καί τις σφοδρότερον θέων, εἶτ' οὐκ ἐπισχεῖν ἑαυτὸν δυνηθεὶς, ἄκων ἠνέχθη κατὰ φάραγγος. ἅπαντα ταῦτα παραδείγματα κακῶν ἐστι κρίσεων, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐροῦμεν, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ἀναγκαῖον, οἷόν τι καὶ τῷ προεκρήγνυσθαι βούλεται δηλοῦν ὁ Ἱπποκράτης, ἐξηγήσασθαί μου προελομένου. καὶ γὰρ ἀδύνατόν ἐστι περὶ κρισίμων ἡμερῶν ἐπιχειρήσαντά τι διέρχεσθαι μὴ καὶ περὶ κρίσεως εἰπεῖν τι, ἢ καὶ περὶ κρίσεως διδάσκοντα μὴ καὶ περὶ κρισίμων ἡμερῶν διελθεῖν, ἀλλ' ἐπανάγειν χρὴ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀεὶ καὶ τοσοῦτον ἅπτεσθαι τῶν παρακειμένων ὅσον ἀναγκαῖον. ἓν δή τι τῶν ἐρεθιζόντων τὴν φύσιν ἐστὶ καὶ οἷον προπηλακιζόντων ὁ παροξυσμὸς, οὐκ ἐπιτρέ-

morbi ipſi eorumque cauſae et acceſſiones. Conſidera jam mihi tale quid in natura accidiſſe, quod hominibus infirmis contigit, qui a fortioribus quibusdam intempeſtive ad congreſſum irritati, imparati, pugnando ſuperantur. Quinetiam onus deponere quis volens interdum vel invitus cum eo concidit. Item vehementius quis currens, deinde ſe ipſum retinere nequiens, invitus in convallem delatus eſt. Omnia haec exempla ſunt malarum criſeωn, de quibus in opere de criſibus copioſius dicturi ſumus. Sed nunc quoque neceſſarium dicetur, quum inſtituerim, quidnam verbo προεκρήγνυσθαι Hippocrates ſibi velit interpretari. Etenim fieri non poteſt ut qui de diebus decretoriis quippiam referre aggreſſus ſit, nihil de criſi etiam dicat, vel qui de criſi doceat, non etiam de diebus decretoriis verba faciat. Verum ſermo ad propoſitam inſtitutionem ſemper revocandus eſt, et tantam adhaerentium mentionem facere oportet, quanta neceſſaria eſſe videtur. Unum jam ex illis quae naturam ſtimulant et veluti provocant, acceſſio eſt, nullam

πων ἡσυχάζειν οὐδὲ μένειν, ἀλλ' ἐπεγείρων τε καὶ κινῶν καὶ ὡς ἂν εἴποι τις εἰς διαμάχην προκαλούμενος· ὅθεν ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐν περιτταῖς ἡμέραις ἡ κρίσις. οὕτω γὰρ καὶ παροξύνεται. τίς μὲν οὖν ἐστιν ἡ αἰτία δι' ἣν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι διὰ τρίτης οἱ παροξυσμοὶ γίνονται τοὐπίπαν, ἐν δὲ τοῖς γε χρονίοις ἤτοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν [501] ἢ διὰ δ' οὐκ εὐπετές ἐστιν εὑρεῖν, οὔτε νῦν ἀναγκαῖόν ἐστι ζητεῖν. ὅτι δ' οὕτως συμβαίνει, φαίνεται καὶ πρὸς τὰ παρόντα λόγον ἀρχῆς ἔχει. θεμένων γὰρ, ὥσπερ καὶ φαίνεται, ὁ δεύτερος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς παροξυσμὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκπεσεῖται, τρίτος δ' εἰς τὴν πέμπτην, τέταρτος δ' εἰς τὴν ζ, πέμπτος δ' εἰς τὴν θ', εἰς περιττὰς δὲ σύμπαντες. ἐπεὶ τοίνυν ἡ φύσις οὐκ ἀεὶ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἐξορμῶσα κρίνει τὰς νόσους, ἀλλ' ἐρεθιζομένη πολλάκις ἄλλοτε πρὸς ἄλλων αἰτίων, ἀφ' ὧν ἐστι συνεχέστατα γινόμενος ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν ὁ παροξυσμὸς, ἐδείχθη δ' οὗτος εἰς περιττὰς ἐμπίπτων, εὐλόγως ἐν περιτταῖς αἱ πλεῖσται κρίσεις γίνονται τῶν ὀξέων νοσημάτων, οὐκ αὐτῶν τῶν ἡμερῶν πρώτως τὴν τοῦ κρίνειν ἐχουσῶν δύναμιν, ἀεὶ γὰρ τούτῳ

quietem nec moram concedens, verum incitans movensque et veluti dixeris pugnam indicens. Unde acutorum morborum in diebus imparibus judicium contingit, in his enim et accessiones sunt. Quae igitur causa sit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum accessiones fiant, in longis autem vel quotidie, vel quarto quoque die, non promptum est invenire, nec in praesentia disquirere necessarium, quod vero sic eveniunt, apparet, et ad praesentia rationem ex principio habet; si enim ponamus, ut etiam apparet, secunda ab initio accessio ad tertium diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad septimum, quinta ad nonum, omnes autem in impares incidunt. Quum ergo natura non convenienti semper tempore de morbis decernat, sed concitata plerumque alias ab aliis causis, a quibus accessio in morbis acutis maxime continua redditur, ostensa vero est in impares incidere, in imparibus acutorum morborum plurima judicia fieri ratio est, non quod dies ipsi primariam

χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκὸς οὕτως ἀπαντῶντος. προείρηται δὲ, ὡς οἶμαι, σαφῶς ἤδη τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο. διότι γὰρ ἐν παροξυσμοῖς αἱ κρίσεις τῶν νοσημάτων γίνονται τοὐπίπαν, εἰς τὰς περιττὰς δ' ἡμέρας ἐμπίπτουσιν οὗτοι, διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν αἱ κρίσεις ἐν περιτταῖς. εἰ δέ γε ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς ἦν αὐτὸς ὁ τὴν δύναμιν ἔχων τοῦ κρίνειν, οὐκ ἐχρῆν πολλάκις μὲν ἐν ταῖς περιτταῖς, ὀλιγάκις δ' ἐν ταῖς ἀρτίαις, ἀλλὰ διὰ παντὸς μὲν ἐν ταῖς περιτταῖς, μηδέποτε δ' ἐν ταῖς ἀρτίαις κρίνεσθαι τὰς ὀξείας νόσους. οὐδὲ γὰρ ὁ τῆς ζ. ἀριθμὸς, ἢ ὁ τῆς δ' αἴ(448)τιοι τῆς κρίσεώς εἰσιν, ἀλλ' ὅτι τῆς σελήνης νεωτεροποιούσης καὶ μεταβαλλούσης τὰ περὶ τὴν γῆν συμβέβηκε, καὶ τὰς τῶν κινήσεων περιόδους εἰς τούτους πρώτους ἐξήκειν τοὺς ἀριθμοὺς, εἰκότως ἐν αὐταῖς αἱ προθεσμίαι τῶν ἀλλοιώσεων εὑρίσκονται. οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀριθμῶν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σελήνης αἱ μεταβολαὶ τοῖς ἐπιγείοις. τῷ δ' εἶναι τὸ μεταβάλλον ἐν κινήσει χρόνος ἀναγκαίως ἔζευκται ταῖς μεταβολαῖς, ὥστε ἐξ ἀνάγκης καὶ ὁ ἀριθμός. οὔκουν ὅτι θῆλυς

decernendi virtutem habeant, femper enim huic animum adhibere oportet, fed quia per accidens aliquod fic eveniat. Praedixi autem, opinor, manifefto jam hoc accidens, fiquidem ratione qua morborum judicia frequentiffime in acceffionibus accidunt, hae autem in dies impares incidunt, eadem in morbis acutis imparibus diebus crifes contingunt. At fi dierum numerus ipfe decernendi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, raro paribus, verum perpetuo imparibus, nunquam paribus de acutis morbis judicium fieri oporteret. Neque enim feptimi vel quarti numerus crifis auctor eft, fed quod luna innovante et immutante terrena, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, merito in ipfis tanquam ftata alterationum tempora inveniuntur. Quippe non a numeris, fed a luna mutationes terrenis adveniunt, at quum in motu mutans confiftat, tempus mutationibus neceffario conjunctum eft, quare etiam numerus neceffario. Non igitur

μὲν ὁ ἄρτιος ἅπας ἀριθμὸς, ἄῤῥην δ' ὁ περιττὸς, αἱ κρίσεις τῶν ὀξέων ἐν περιτταῖς· οὔτε γὰρ ἁπλῶς ἰσχυρότερος ὁ περιττὸς τοῦ ἀρτίου οὔτ', εἴπερ ἰσχυρότερος, ἤδη θῆλυς ὁ ἀσθενέστερος, οὔτ', εἰ θῆλυς μὲν οὗτος, ἄρσην δ' ὁ ἕτερος, εὔλογον ἐν μὲν τοῖς ἄῤῥεσιν ἀριθμοῖς τὰς ὀξείας κρίνεσθαι νόσους, ἐν δὲ ταῖς θήλεσι τὰς χρονίας. ἅπαντα γὰρ ὅσα ληροῦσιν ὑπὲρ ἀριθμῶν δυνάμεως οὕτως εὐφώρατον ἔχει τὴν ἀτοπίαν, ὥστε μοί γε πολλάκις θαυμάζειν ἐπῆλθεν, εἰ οὕτως ὁ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ἅμα τε σοφὸς ἦν ἀνὴρ ἅμα τε τοσοῦτον ᾤετο δύνασθαι τοὺς ἀριθμούς. ἀλλ' οὐ νῦν καιρὸς ἀντιφλυαρεῖν αὐτοῖς. ἱκανὸν γὰρ εἰς τὰ παρόντα τό τε τὴν σελήνην ἀλλοιοῦν τὰ περίγεια καὶ μάλιστα μὲν καθ' ἑβδομάδα τὰς μεγάλας ἐργάζεσθαι μεταβολὰς, ἐφεξῆς δ' αὐτῶν κατὰ τετράδα τὰς μικρὰς, ὅτι τε παροξυσμοῦ δεῖται τοὐπίπαν ἡ κρίσις, ὅτι τε διὰ τρίτης ἐν τοῖς ὀξέσιν οἱ παροξυσμοί. τούτων γὰρ ὑποκειμένων ἀναγκαῖον ἔσται τὰς ὀξείας νόσους ἐν περιτταῖς μᾶλλον ἡμέραις κρίνεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν ἡ τρίτη

quod omnis par numerus foeminam, impar masculum referat, acutorum judicia imparibus diebus accidunt, neque enim impar abſolute pari fortior eſt, neque, ſi fortior, jam foemininus imbecillior, neque, ſi foemininus quidem hic, masculus alter ſit, acutos morbos in masculis numeris judicari, diuturnos in foemininis, rationi conſentaneum eſt. Omnia ſiquidem quae de numerorum virtute nugantur tam facile abſurda eſſe deprehendimus, ut mihi ſubinde mirari ſubeat, an Pythagoras ille ita et ſimul ſapiens eſſet vir et ſimul tantum poſſe numeros exiſtimaret. Atque nunc adverſus ipſos etiam nobis nugari non vacat, nam ſatis eſt ad rem inſtitutam terrena lunam alterare et in ſeptimanis potiſſimum magnas parere mutationes, poſt in quaternariis exiguas, ad haec criſim acceſſione plurimum indigere, item acceſſiones tertio quoque die in morbis acutis evenire, his etenim poſitis acutos morbos in imparibus diebus magis ad judicium tendere neceſſitas erit. Hujus rei gratia tertius et

τε καὶ ἡ ε΄ κρίνουσιν εὐλόγως, οὐκ ἐκ τῆς σεληνιακῆς περιόδου λαβοῦσαι τὸ κρίνειν, ἀλλ᾽ ἤτοι τὴν μέλλουσαν ἐν τῇ δ΄ κρίσιν ἀπαντήσεσθαι τῆς τρίτης προλαβούσης τῇ βίᾳ τοῦ παροξυσμοῦ, ἢ καὶ νὴ Δία τῆς φύσεως ὑπὸ καμάτου τε ἅμα καὶ τοῦ μὴ βιασθῆναι κατὰ μὲν τὴν δ΄ ἡμέραν ἡσυχίαν ἀγούσης, κινηθείσης δ᾽ ἐπὶ τὴν κρίσιν ἐν τῇ ε΄. φαίνεται γὰρ αὕτη μὲν ὀλίγον ὑστερίζειν τῆς ὄντως κρισίμου, προλαμβάνειν δ᾽ ὀλίγον ἡ τρίτη καὶ τὸ κρίνειν ἐσχηκέναι, διότι πλησίον οὖσαι τῆς ὄντως κρισίμου τοὺς παροξυσμοὺς ἐδέξαντο. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἡ θ΄ τῶν ἡμερῶν ἐν τῷ μέσῳ τεταγμένη δύο κρισίμων, ἑβδόμης τε καὶ ια΄, ἤτοι τὴν οὐ γεγενημένην ἐπὶ τῆς ζ ἡμέρας κρίσιν ἢ τὴν ἐπὶ τῆς ια΄ ἐσομένην αὐτὴ σφετερίζεται κρίσιν· σπανιώτερον μὲν τὴν τῆς ζ, πολλάκις δὲ τὴν τῆς ια΄. [502] ἡ μὲν γὰρ ἰδία τῆς ἑβδόμης ἡμέρας κρίσις οὐκ ἂν εἰς τὴν θ΄ ποτ᾽ ἀφίκοιτο μὴ πολλῶν ἁμαρτηθέντων, δειχθήσεται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασιν, ἡ δὲ τῆς ια΄ ἔμπαλιν, ὅταν ἀκριβῶς τε πάντα πραχθῇ καὶ βίαιος ὁ τῆς ἐννάτης ἡμέρας γένηται παροξυσμός. ἀπόδειξις δ᾽ ἐναρ-

quintus merito decernunt, non ex lunari circuitu decernendi potentiam fortiti, fed vel quod violentiam acceffionis tertius crifim quarto die futuram praevertet, vel et per Jovem, quod natura dum quarto die laffa nec incitata conquiefcit, quinto ad judicium commoveatur; nam hic quam vere decretorius magis paulo tardare videtur, tertius paulo magis anticipare confpicitur, atque ambo crifim obtinuiffe, quod vicini ambo vere decretorio acceffiones fufceperint. Jam vero et nonus inter duos decretorios feptimum et undecimum medius, vel non factum in feptimo die judicium, vel undecimo futurum, ipfe fibi vendicat, rarius quidem feptimi, faepe undecimi crifim affumit. Etenim feptimi diei propria crifis non ad nonum, modo pauci errores commiffi fint, unquam pervenerit, fed hoc in libris de crifibus declarabimuus, undecimi vero e contrario, quum et exacte omnia gefta fint, et violenta noni diei acceffio invadat. Porro propter acceffionum vehementias hujusmodi coinci-

γεστάτη τοῦ διὰ τὰς σφοδρότητας τῶν παροξυσμῶν τὰς τοιαύτας παρεμπίπτειν ἡμέρας τὸ μηκέθ' ὁμοίως ἐπὶ προηκόντων γίνεσθαι τῶν νοσημάτων· ὡς γὰρ καὶ τὰ τῆς σφοδρότητος, οὕτω καὶ τὰ τοῦ πλήθους ἐκλύεται τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν. οὕτω δὲ δή τι βίαιον ἔχει σφοδρότης παροξυσμοῦ πρὸς κρίσιν, ὥστ' ἐν ἁπάσαις σχεδόν τι ταῖς ἡμέραις ἔστιν ἰδεῖν κρινόμενα τὰ κατόξεα νοσήματα· τό τε γὰρ πέρας αὐτῶν ἡ ζ' τῶν ἡμερῶν ἐστι, κρίνειν δή που πεφυκυῖα, καὶ πρὸ ταύτης οὐχ ἡ δ' μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ γ' καὶ ἡ ε' καὶ ἡ στ', δέχονταί ποτε κρίσεις. ἐζήτηται δ', ὡς ἐλέγετο, καὶ περὶ τῆς α' εἰ κρίνει. λοιπὴ τοίνυν ἡ δευτέρα βεβαίως τοῦ κρίνειν ἐκπέπτωκεν. ἔστω δ', εἰ βούλει, καὶ ἡ α', ἀλλὰ καὶ ἡ τρίτη γε καὶ δ' καὶ ε' καὶ στ' καὶ ζ' κρίνουσιν ἅπασαι. καὶ πᾶσαι αἱ μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐν τοῖς κατόξεσιν ἡμέραι κρίνουσαι φαίνονται διὰ τὴν σφοδρότητα τῶν παροξυσμῶν. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἡ στ' τῶν ἡμερῶν οὔτ' ἐκ τῶν κατὰ περίοδον οὖσα κρισίμων οὔτ' ἐν ἀριθμῷ περιττῷ, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ δέχεται κρίσεις παμπόλλας, ὅτι τῆς ὑστάτης τῶν κατοξέων ἐντός ἐστιν. ἅπαντα

dere dies clariffime demonftratur, quod videlicet in diuturnis morbis non fimiliter evenit. Sicut enim acceffionum vehementia, ita dierum quoque coincidentium numerus in illis exolvitur. Adeo autem fane violenti quid habet vehementia acceffionis ad crifim, ut in omnibus fere diebus peracutos judicari videre liceat; nam ultimus ipforum dies, qui eft feptimus, judicandi vim obtinet, et ante hunc non quartus modo, fed et tertius et quintus et fextus crifes quandoque excipiunt. Quin et de primo an decernet, ut dicebatur, quaefitum eft. Reliquus itaque fecundus ordine decretorio indubie elapfus eft, fit autem, fi vis, et primus; fed tertius, quartus, quintus, fextus, feptimus omnes decernunt. Ac omnes dies poft morbi principium in peracutis propter acceffionum vehementiam decernere videntur. Ergo fextus etiam, etfi nec inter decretorios, qui circuitu conftat, nec impari numero afcribatur, tamen et ipfe perfaepe decernit, quoniam intra peracutorum terminum continetur. Univerfi

δὲ τὰ τοιαῦτα δυοῖν θάτερον, ἢ σύνοχον ἔχει τὸν πυρετὸν, οὕτω δ᾽ ὀνομάζουσι τὸν ἀπὸ τῆς πρώτης συστάσεως ἄχρι τῆς κρίσεως ὁμότονον, ὡς εἴρηται, χωρὶς αἰσθητῆς παρακμῆς, ἢ εἰ καὶ σαφεῖς ἔχει τάς τε παρακμὰς καὶ τοὺς παροξυσμοὺς, οὐ διὰ τρίτης μόνον ἔχει σαφεῖς, ἀλλὰ κἂν ταῖς μέσαις αὐτῶν, ὥσπερ καὶ ὁ ἡμιτριταῖος. ἡ μὲν οὖν πρώτη διαφορὰ τῶν κατοξέων οἷον εἷς τίς ἐστι παροξυσμὸς, ὥστ᾽ οὐδὲν ὅσον γε ἐπὶ τῷ παροξυσμῷ πλεονεκτήσουσιν αἱ περιτταὶ τῶν ἀρτίων, ὁμοίου γε τοῦ πυρετοῦ κατὰ πάσας τὰς ἡμέρας ὑπάρχοντος. ἡ δευτέρα δὲ κἂν διὰ τρίτης ἔχῃ τοὺς μεγάλους παροξυσμοὺς καὶ τὰς οἷον ἀρχὰς τῶν περιόδων, ἀλλ᾽ ἥ γε μέση τηλικοῦτον καὶ αὐτὴ φέρει πολλάκις ἐν τοῖς κατόξεσι τὸν παροξυσμὸν, ὡς τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ νοσήμασι μεγάλων παροξυσμῶν μηδὲν ἀποδεῖν. ὅταν οὖν ἐπείγηται μὲν ὡς ἐπὶ τὴν ἑβδόμην τὸ νόσημα καὶ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐν ταύτῃ κριθήσεσθαι μέλλῃ, τὸ δὲ μέγεθος τοῦ μέσου παροξυσμοῦ καταναγκάσῃ τὴν φύσιν ἐξορμῆσαι πρὸς τὴν κρίσιν, οὐ περιμείνασαν τὸν οἰκεῖον και-

autem tales morbi alterum duorum habent, vel fynochum febrem, ita enim appellant quae a prima conftitutione eundem tenorem fine manifefta declinatione ad crifim usque, uti diximus, fervat, vel febrem aliam, quae etfi manifeftas habeat declinationes et acceffiones, non tamen tertio quoque die manifeftas tantum habet, verum in ipforum dierum quoque mediis, quemadmodum et femitertiana. Proinde prima peracutorum differentia velut una quaedam eft acceffio, quamobrem nihil, quantum ad acceffionem pertinet, impares paribus praeftabunt, quum febris fingulis diebus aequalis exiftat. Secunda etfi per triduum magnas habeat acceffiones et veluti principia circuituum, tamen medius ipforum dies tantam et ipfe in peracutis morbis acceffionem frequenter affert, ut etiam magnis aliorum quorundam morborum acceffionibus nihilo fit inferior. Quum igitur morbus velut ad feptimum feftinat et fecundum ipfius rationem in eodem judicandus eft, mediae vero acceffionis magnitudo naturam ad crifim ante fuum tempus venire compellit, vel

ρὸν, ἢ καί τι προσγένηται τῶν ἔξωθεν ἐρεθιζόντων αὐτὴν, οὕτως ἡ κρίσις ἐν τῇ στ΄ προεκρήγνυται. αὕτη μὲν οὖν τοσούτῳ χείρων ἐστὶ τῆς ἐσομένης ἐπὶ τῆς ζ΄ ὅσῳ καὶ φθάνει. χειρίστη δὲ κρίσις ἡ ἑκταία καθ' ἕτερον γίνεται τρόπον, ὃν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐροῦμεν, ἐκείνης γάρ ἐστι πραγματείας οἰκεῖον ἀγαθὰς καὶ κακὰς διελέσθαι κρίσεις· ἐνταῦθα δὲ πρόκειται μόνον ὑπὲρ τῶν κρινουσῶν ἡμερῶν διελθεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατέστην ἅπαξ τὰ περὶ τῆς στ΄ ἡμέρας εἰπεῖν ἅπαντα, καὶ τοῦτ' ἔτι προσθήσω διὰ κεφαλαίων. εἰσβάλλει τινὰ νοσήματα τὴν δευτέραν τῆς πρώτης ἔχοντα βαρυτέραν καὶ τὴν δ΄ τῆς γ΄, καὶ ὅλους τοὺς παροξυσμοὺς ἐν ἀρτίοις, ὄντα μὲν, ὡς ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἀποδειχθήσεται, τῆς τῶν χρονίων φύσεως, φθάνοντα δ' ὡς ὀξέα κρίνεσθαι διὰ σφοδρότητα· ταῦτα καὶ δευτεραίους μὲν ἀναιρεῖ καὶ τεταρταίους, ἑκταίους δὲ πλείστους. ἐπὶ μὲν γὰρ δὴ τῆς δευτέρας ἡμέρας ἰσχύει πως ἡ φύσις ἔτι, κατὰ δὲ τὴν δ΄ ἰσχύει μὲν ἔτι κἀπὶ ταύτης μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν στ΄, ἀλλ' οὔπω διαγωνίζεσθαι τολμᾷ· κατὰ δὲ τὴν στ΄ ἡ σφοδρότης τοῦ παροξυσμοῦ πολλάκις ἐκκαλεῖται μὲν αὐ-

extrinfecus aliquid evenit ipfam irritans, fic crifis fexto die paerumpet. Atque haec tanto pejor eft ea, quae feptimo futura erat, quanto magis ipfam praevertit. Peffima vero crifis fecundum aliam rationem fexto die accidit, quam in opere de crifibus plenius enarrabimus, quippe ad illud proprie pertinet bona malaque judicia diftinguere, hic tantum de diebus decretoriis differere ftatuimus. Sed quia femel de fexto die univerfa dicere paravimus, hoc quoque adhuc fummatim adjungemus. Invadunt quidam morbi fecundum diem primo graviorem habentes, quartum tertio et totas acceffiones in diebus paribus, qui longorum quidem morborum naturam, quemadmodum in commentariis de crifibus oftendemus, habent, judicium tamen praevertunt ut acuti, propter acceffionis vehementiam, hi etiam in fecundo die interficiunt et quarto, fed fexto plurimos. Etenim in fecundo die natura quodammodo valida adhuc eft, item in quarto adhuc valida magis quam in fexto, fed nondum in certamen venire audet, at in fexto acceffionis vehementia

τὴν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. [503] δυοῖν δὲ θάτερον, ἢ κατέπεσεν αὐτῇ καὶ κατεσβέσθη πρὶν ἐκκρῖναι τὰ λυποῦντα, ἢ τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν ἐξέκρινε, τὸ λοιπὸν δ᾽ οὐκ ἔτι ἴσχυσεν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀῤῥωστίας τε καὶ καμάτου τελέως καταπίπτει καὶ κεῖται πάρετος. εἶτ᾽ εἰ μὲν ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ δυνηθείη πως ἑαυτὴν ἀνακτήσασθαι, κατὰ βραχὺ πέττει τὴν νόσον· εἰ δ᾽ εἴη τὰ λείψανα τῆς νόσου μείζω τοῦ κατ᾽ αὐτὴν τόνου, τοσοῦτον ἐπιβιοῖ χρόνον ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ὅσον ἐξαρκεῖν ἡ φύσις ἔτι δύναται, τεθνήξεται δὲ μετὰ ταῦτα. περὶ μὲν δὴ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν αὐτάρκως εἴρηται.

Κεφ. θ΄. Διὰ τί δ᾽ ἄμφω κρίνουσιν, ἥ τε εἰκοστὴ καὶ εἰκοστὴ πρώτη, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ εἰκοστή; πρῶτον μὲν ὅτι χρόνιον ἤδη τὸ τοιοῦτον νόσημα καὶ τοὺς παροξυσμοὺς αἱ ἀρτίαι λαμβάνουσιν, εἶθ᾽ ὅτι καὶ ἡ ἑβδομὰς οὐκ ἔστιν ὁλοκλήρων ἡμερῶν ἑπτὰ, καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται, καὶ τοῦτο ἠπίστατο καὶ Ἱπποκράτης. εἰπὼν γὰρ ἐν τῷ προγνωστικῷ· αὗται μὲν οὖν διὰ τεσσάρων εἰς τὴν εἰκοστὴν ἐκ προσθέσιος ἀφικνέονται· μετὰ ταῦτά ἐπήνεγκεν· οὐ δύνα(449)ται δὲ ὅλη-

frequenter eam ad certationem provocat. Quare alterum e duobus fuftinet, vel in ea concidit et prius quam quae offendunt excreverit, extinguitur, vel plurimum ex eis propulfat, reliquum vero adhuc non poteft, verum imbecilla et defatigata prorfus cadit et languida jacet. Deinde fi quomodo poftero tempore recreari ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit, quod fi morbi reliquiae ejus robore majores fint, tam diu aeger fupervivet, quamdiu natura adhuc fufficere poteft, morietur tamen poftea. Jam vero de diebus coincidentibus abunde dictum eft.

Cap. IX. Cur autem et vigefimus et vigefimusprimus, multo magis vigefimus decernat, explicabo. Primum quoniam hujusmodi morbus diuturnus jam eft, ipfas acceffiones dies pares excipiunt, deinde quod feptimana non integris feptem diebus conftet, veluti prius expofitum eft, novit hoc quoque Hippocrates. Quum enim dixiffet in opere prognoftico: *Hi ergo ex acutiffimis morbis per quatuor in viginti ex additione perveniunt*, his fubjungit: *Verum hu-*

σιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τούτων ἀτρεκέως ἀριθμέεσθαι. οὐδὲ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τε καὶ οἱ μῆνες ὅλησιν ἡμέρῃσι πεφύκασιν ἀριθμέεσθαι. ὡς οὖν ὁ ἐνιαυτὸς μὲν ἐπὶ ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις ἐπικείμενον ἔχει μόριον ἡμέρας μεῖζον ἢ τέταρτον, ὅ τε μὴν ἥμισυ τῆς μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπεται τοῦ τριακονθήμερος ὑπάρχειν, οὕτως καὶ ἡ ἑβδομὰς ἕκτῳ μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπεται τὸ τέλεον ὑπάρχειν ἡμερῶν ἑπτά. συμβαίνει τοιγαροῦν οὐ μιᾶς καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν γίνεσθαι τὰς τρεῖς ἑβδομάδας ὁλοκλήρων, ἀλλὰ ἀπολείπεσθαι σχεδὸν ὅλῳ τῷ ἡμίσει μέρει τῆς μιᾶς ἡμέρας καὶ διὰ τοῦτο ἐπαμφοτερίζειν τὸν ἀριθμὸν, οὐ μᾶλλόν τι τῶν εἴκοσιν ἐγγὺς ἢ τῶν ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ὑπάρχοντα. τῆς γὰρ ὅλης σεληνιακῆς περιόδου ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν οὔσης καὶ προσέτι τρίτου μέρους μιᾶς ἡμέρας καὶ διὰ τοῦτο ἑκάστης ἑβδομάδος ἑπτὰ γινομένης ἡμερῶν ἀπολιπουσῶν ἕκτον, αἱ τρεῖς ἑβδομάδες ἡμερῶν εἴκοσι καὶ ἡμισείας ἔσονται. πλησίον οὖν ὑπάρχουσαν αὐτῇ τὴν ἀκριβῆ περίοδον ἡ εἰκοστὴ σφετερίζεται τῷ χρονίζειν ἤδη τὰ τοιαῦτα νοσήματα καὶ τοὺς παροξυσμοὺς ἐν ἀρτίαις ἴσχειν. ὧν

jusmodi ſupputatio per integros dies nimirum fieri non poteſt, quippe quum nec annus, nec menſes ipſi integris diebus numerari poſſint. Ut igitur annus ad trecentos ſexagintaquinque dies particulam diei majorem quarta adjectam habet, tum menſis ad triginta dies abſolvendos unius dimidium deſiderat, ſic et ſeptimana ſexta maxime diei parte, ut ſeptem integros habeat, indiget. Quamobrem fit ut tres ſeptimanae non unum et viginti dies integros, ſed minus fere tota dimidia parte unius conſequantur. Ob quod etiam numerum hujusmodi non magis viginti quam uni et viginti diebus vicinum utrique parti invenire videas. Nam quum totus lunaris circuitus ſeptem et viginti diebus et adhuc tertia unius parte abſolvatur, ideoque ſeptimana quaelibet ſeptem diebus minus ſextante conſtet, tres ſeptimanae viginti dies et dimidium habebunt. Igitur vigeſimus exactam periodum propinquam ſibi vindicat, quoniam tales jam morbi diuturni evadent et acceſſiones paribus diebus accipiunt, quorum vero acceſſiones in imparibus eveniunt, horum et

δ᾽ ἐν περιτταῖς οἱ παροξυσμοὶ, τούτων καὶ αἱ κρίσεις εἰς τὴν εἰκοστὴν πρώτην ἐμπίπτουσιν. ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον ἡ περίοδος τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ ὁ μηνιαῖος χρόνος ὁ τῆς φάσεως ἔχει τινὰ δύναμιν, ὡς ἐλέγομεν, αὕτη μὲν γὰρ ἡ κατὰ τὸν ζωδιακὸν περίοδος οἰκειοτάτη ἐστὶ ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς ἑκάστου τῶν πραγμάτων, ὁ δ᾽ αὖ μηνιαῖος χρόνος ὁ τῆς φάσεως ἀλλοιῶν τὸν περίγειον ἀέρα κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν διαφέρει, ἐδείχθη δὲ καὶ οὗτος ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν ὡς ἔγγιστα δεόντως, διὰ τοῦτ᾽ εἰκότως ἡ ἑβδομὰς ἔτι μικροτέρα γενήσεται τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης. εἴτε γὰρ ἀπὸ τῶν τριάκοντα βουληθείης ἀφελεῖν τὰς τρεῖς ἐκείνας ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον, ἐν αἷς ἔτ᾽ ἄκριτον ἦν τὸ περιέχον, εἴτ᾽ ἀπὸ τῶν κθ´ καὶ ἡμισείας, ὁ λοιπὸς χρόνος, ἐν ᾧ σαφὲς ἔχει φῶς ἡ σελήνη, κατὰ μὲν τὸν πρότερον ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν γενήσεται, κατὰ δὲ τὸν δεύτερον εἴκοσι καὶ ἓξ καὶ ἡμισείας. ἐπεὶ τοίνυν ἀλλοιώσεις ἔφαμεν γίνεσθαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν τὰς μὲν ἰδίας, τὰς δὲ κοινὰς, [504] ἰδίας μὲν ὡς πρὸς τὰς ἰδίας ἀρχὰς, κοινὰς δὲ τῷ συναπολαύειν τοῦ περιέχοντος, εἰς ταὐτὸν δὲ συμβαίνειν

judicia ad vigesimumprimum delabuntur. Sed quoniam non solum lunae circuitus, verum et menstruum tempus apparitionis virtutem quandam in nos possidet, uti prius docuimus, ipse etenim signiferi circuitus accommodatissimus est unicuique rei propriis principiis, menstruale vero tempus, quo luna conspicitur, ambientem nos aërem immutans omnibus ex aequo hominibus communem effectum ostendit. Demonstratum est autem et hoc tempus viginti et septem dies propemodum continere, ideoque septimana ejus minor adhuc prius dicta merito evadet. Sive enim a triginta tres illos qui circa coitionem sunt dies, in quibus nihil adhuc de aëre decernitur auferre cogites, sive a vigintinovem et dimidio, reliquum tempus quo luna manifestum de se lumen praebet, priore modo septem et viginti dies, altero vigintisex et dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus nostris accidere diximus quasdam proprias, quasdam communes, proprias, quae tanquam ad propria principia spectent, communes, quae ad communem ambientis usum,

ἑκατέρας τῆς σελήνης τὰς περιόδους καὶ βραχεῖ τινι λείπεσθαι τὰς κοινὰς τῶν ἰδίων, ἀφαιρεθήσεται δή τι καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ τῆς ἑβδομάδος ἀριθμοῦ. συνεπιμιγνυμένης γὰρ τῆς κοινῆς τῇ ἰδίᾳ καὶ οὔσης ὀλιγοχρονιωτέρας, ἀνάγκη καὶ κατὰ τοῦτο παραθραύεσθαί τι τοῦ τῆς ἑβδομάδος ἀριθμοῦ καὶ οἷον ἐν μεθορίῳ γίγνεσθαί τινι τοῦ κοινοῦ καὶ τοῦ ἰδίου. καλῶ δ' ἴδιον μὲν τὸν ἐκ τῆς ζωδιακῆς περιόδου γινόμενον, ἑκάστῳ γὰρ ἡμῶν αὐτὸς διαφέρει, κοινὸν δὲ τὸν ἐκ τῆς μηνιαίας, ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔδειξα μηδ' ὅλως ὑπάρχειν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν. ἐὰν γὰρ ἀπὸ μὲν τοῦ μηνιαίου χρόνου τοῦ ἀκριβοῦς, ὃς ἀπολείπεσθαι τῶν τριάκονθ' ἡμερῶν ἡμίσει μάλιστα μιᾶς ἡμέρας ἐλέγετο τὰς τρεῖς ἀφέλῃς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον, αἱ λοιπαὶ δηλονότι τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν ἔσονται μείους ἥμισυ τῆς μιᾶς ἡμέρας. ἀλλ' οὗτος οὖν ὁ χρόνος ὁ διαιρούμενος εἰς τὰς ἑβδομάδας, οὐχ ὁ σύμπας μηνιαῖος. ὥσθ' ὁ κοινὸς χρόνος τῆς ἑβδομάδος, ὁ τὸ περιέχον ἀλλοιῶν, ἐλάττων ἔσται τοῦ καθ' ἕκαστον ἰδίου. δύνασθαι δὲ καὶ οὗτος ἐλέγετο καὶ διὰ τοῦτο παραθραύειν τι τοῦ χρόνου τῆς ἑτέρας ἑβδομάδος,

in idem autem utrosque lunae circuitus fieri contingit, et communes propriis paulo breviores esse. Atque sic jam ex septimanae numero quippiam auferetur. Nam quum propriae communis admisceatur, sitque paulo brevioris temporis, ita quosque aliquid de septimanae numero confringi et veluti in medio quodam proprii et communis consistere necesse est; voco autem proprium, qui ex Zodiaci circuitu proficiscitur, nam is cuique nostrum virtutem affert, communem, qui ex circuitu menstruo fit, quem supra recensui nequaquam septem et viginti dierum esse. Nam si a menstrui tempore exacto, quod ad triginta dies integros unius dimidium maxime requirere dicebatur, tres qui circa coitum sunt dies ademeris, reliqui videlicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menstruale totum in septimanas dividitur. Quare commune tempus septimanae quod aërem immutat, minus erit eo, quod singulis est proprium, quanquam et hoc virtutem habere dicebatur ideoque nonnihil ex alterius septimanae tempore confringere, ut medium utriusque tem-

ὥσθ' ὁ μέσος ἀμφοῖν ὁ οἷον μικτὸς ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἀφαιρήσει τῆς ἑβδομάδος ἕκτου μέρους. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἢ τῆς μίξεως ἢ τῆς ἀφαιρέσεως ὁ θεὸς οἶδεν· ὅσον δὲ ἀνθρωπίνῳ στοχασμῷ συμβάλλειν ἐγχωρεῖ, πιθανώτερόν ἐστι μέσον ἀμφοῖν ποιῆσαι τῶν περιόδων τὸν ἐξ ἀμφοῖν κοινόν. ἐπεὶ τοίνυν ὁ μὲν τῆς φάσεώς ἐστι τῆς ἐναργοῦς καὶ δραστηρίου χρόνος εἴκοσιν ἓξ ἡμερῶν καὶ ἡμισείας, ὁ δὲ τῆς ζωδιακῆς περιόδου εἰκοστὸν καὶ ἕβδομον καὶ τρίτον, δῆλον ὡς ὁ μέσος αὐτῶν κ' καὶ στ' ἡμερῶν ἔσται καὶ προσέτι μάλιστα μορίου μιᾶς ἡμέρας ἡμίσεος τρίτον καὶ ιβ'. συνθεὶς γὰρ ἀμφοτέρους τοὺς χρόνους, εἰ τὸ ἥμισυ λάβοις, εὑρήσεις τὸ μέσον. ἀλλ' οὗτος ὁ χρόνος ὁ μέσος ἀπολείπεται τῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν δωδεκάτῳ μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας. εἰ μέντοι τέμοις αὐτὸν εἰς τέτταρα, τὸν ἀκριβῆ χρόνον εὑρήσεις τῆς ἑβδομάδος οὐχ ἕκτῳ μόνον μιᾶς ἡμέρας ἀπολειπόμενον, ἀλλ' ἔτι πλέον. λαμβανέσθω γὰρ τῶν κστ' καὶ ἡμίσεος τρίτον, ιβ' τὸ τέταρτον μέρος, ἔσται δὲ χρόνος ἡμερῶν στ' ἡμίσεος πέμπτον καὶ προσέτι μορίων ἄλλων ἐπικειμένων μικροτέρων, ἅπερ ἐστὶν ἑξήκοντα πρῶτα καὶ ἑκα-

pus, quod velut mixtum ex eis est, plus fexta parte feptimanae demat. Ac exactam quidem vel mixturam vel ablationem deus tantum novit, quantum vero humana conjectura affequi licet, praeftat circuitum earum communem medium inter utrasque collocari. Quum ergo apparitionis manifeftae et efficacis tempus fit dies vigefimusfextus et dimidius, Zodiaci vero circuitus expleant vigintifeptem dies cum tertia unius parte, liquet medium ipforum fore vigefimumfextum diem, ad haec dimidium et tertiam maxime duodecimam unius diei partem, fiquidem ubi utroque tempore conjuncto dimidium acceperis, medium ipfum invenies. At hoc tempus medium a vigintifeptem diebus duodecima maxime unius diei parte deficit, quia fi in quatuor ipfum dividas, exactum feptimanae tempus offendes, non fexta modo unius diei parte, fed etiam majore mutilum. Sumatur enim ex vigintifex diebus et dimidio tertia et ex duode-

τοστὰ εἰκοστά· τὰ δεύτερα διακόσια δὴ καὶ τεσσαράκοντα. ὁ δ᾽ αὐτὸς χρόνος καὶ οὗτος ἂν λέγοιτο ἡμερῶν ἓξ καὶ ἡμίσεος καὶ ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ τετάρτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου. ὁ δὲ τηλικοῦτος χρόνος ἀπολείπεται τοῦ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τετάρτῳ μέρει μιᾶς ἡμέρας καὶ ἔτι πρὸς τὸν ἀκριβῆ λόγον ἑξηκοστά τε καὶ ἑκατοστὰ εἰκοστὰ καὶ σμ΄, καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων αἱ τρεῖς ἑβδομάδες ἡμερῶν εἴκοσιν ἔσονται καὶ προσέτι μορίου τινὸς ἡμέρας α΄ ἕκτου, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἀκριβολογουμένοις ὀλίγον ὑπερβάλλει τῆς εἰκοστῆς ἡμέρας ὁ τῶν τριῶν ἑβδομάδων ἀριθμὸς, καὶ ταύτης ἔσται πολὺ μᾶλλον ἢ τῆς εἰκοστῆς πρώτης οἰκεῖος. ἐμοὶ μὲν δέδεικται κατά τε τὸ ἀληθὲς αὐτὸ καὶ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ὅτι μηδὲν τούτων ὅλησιν ἡμέρῃσιν ἀτρεκέως ἀριθμεῖσθαι δύναται, τουτέστιν ἀπηκριβωμένως τε καὶ ἀπηρτισμένως, οὔθ᾽ ἡ ἑβδομὰς οὔθ᾽ ἡ τετρὰς οὔθ᾽ ὁ μὴν οὔθ᾽ ὁ ἐνιαυτὸς, οὔτ᾽ ἄλλο τῶν ἁπάντων οὐδέν.

cim quarta pars, erit autem tempus dierum fex dimidii quinta pars, et particulis aliis minoribus infuper adjectis, quae funt fexagefima prima, dein centefima vigefima, ducentefima quadragefima. Idem tempus et hoc dici poffit dierum fex et dimidii et fextae partis diei vigefimae quartae et quadragefimaeoctavae. Abeft autem hujusmodi tempus a feptem diebus unius diei quadrante, et fi exacte computes, fexagefima parte, centefima vigefima et ducentefima quadragefima. Quae quum ita fe habeant, tres feptimanae viginti diebus et fexta unius diei parte comprehendentur. Proinde fi hunc in modum exacte rationem ineamus, trium feptimanarum numerus paululum viginti dies excedet, atque his multo magis quam viginti et uni erit proprius. Jam fane oftendi fecundum rerum veritatem et Hippocratis fententiam, nullam horum fupputationem per dies integros fieri poffe, hoc eft abfolute citraque divifionem, neque feptimanam neque quaternarium neque menfem neque annum neque alium quemvis numerum.

Ed. Chart. VIII. [505.] Ed. Baf. III. (449.)

Κεφ. ί. [505] Ὅστις δὲ τῇ τῶν λόγων ἀκριβείᾳ δυσχεραίνει, τοῦτον οὐδεὶς ἀναγκάζει μανθάνειν αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ τὸ πρῶτον αὐτῷ τῆσδε τῆς πραγματείας ὑπόμνημα. εἰ δὲ μὴ πάνυ τις ἀργὸς εἴη, προστιθέτω μὲν καὶ τὸ δεύτερον, ἀπεχέσθω δὲ τοῦ τρίτου. ἡμεῖς γὰρ ταῦτα καὶ αὐτοὶ γινώσκομεν, ὀλίγοις παντελῶς γεγραφότες, οὐδὲ τούτοις γε ἑκόντες. ἀλλ᾽ ἴσασι γὰρ θεοὶ καὶ καλείσθωσαν μάρτυρες, ὅτι πολλὰ βιασθέντες ὑπό τινων ἑταίρων ἠναγκάσθημεν αὐτοῖς γράψαι ταῦτα.

Κεφ. ιά. Μωροὶ τ᾽ ἂν εἴημεν, εἰ δημόσιον ἄκουσμα νομίζοιμεν εἶναι λόγον τοιοῦτον. ὅτι γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀκούειν ἥδιον ἀμήτορα μὲν τὴν μονάδα, τολμᾶν δὲ τὴν δυάδα καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον ἰδέαν μὲν τὴν μονάδα, τὴν δυάδα δὲ ὕλην ἄπειρον, εἶθ᾽ ἑξῆς τὴν τριάδα πεπερασμένην ἁρμονίαν, ἢ τέλειον ἀριθμὸν καὶ α΄, ἢ στερεὸν, ἢ ἐπίπεδον. ὅ τι γὰρ ἂν αὐτοῖς δόξῃ λέγουσιν ἄλλοι ἄλλο, καὶ Ἀθηνᾶν γε τινὰ καλοῦσιν ἀριθμὸν, ἕτερον δ᾽ Ἄρτεμιν, Ἀπόλλωνα δ᾽ ἄλλον. ὥσπερ οὖν οὐκ

Cap. X. Qui jam difputationis hujus fubtilitati fuccenfet, ac difficilem eam exiftimat, hunc nemo ipfam addifcere cogit, verum primus hujus operis liber ei fufficit. Quod fi quis non admodum fegnis fuerit, fecundum quoque adjiciat, a tertio autem abftineat. Nos fiquidem haec paucis plane iisque invito fcripfiffe affirmanus. Vos o dii immortales noviftis, vos in teftimonium voco, haec me amicorum quorundam precibus vehementer adactum fcriptis mandaffe.

Cap. XI. Nam ftulti nimirum effemus, fi hujusmodi fermonem vulgo convenire arbitremur, quoniam illi unitatem matris expertem, dualitatem numerum inaudire fuavius eft, et alia ratione unitatem formam effe, dualitatem materiam infinitam, deinde trinitatem abfolutam harmoniam, vel perfectum numerum et primum aut folidum aut planum. Quicquid enim in mentem ipfis venit dicunt, alii aliud, et Minervam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, alium Apollinem. Quemadmodum igitur

ἀγνοοῦμεν, οὕτως οὐδὲ λέγειν ὑπομένομεν, οὐδεμίαν ἐπιστημονικὴν ἀπόδειξιν ἐπάγειν τοῖς λόγοις αὐτῶν δυνάμενοι. καὶ τοῖς γε φίλοις ἐδείξαμεν ἔργῳ πολλάκις ὡς ταῖς τοιαύταις τίς χρώμενος ψυχρολογίαις, εἴτ' ἐπαινεῖν ὁντιναοῦν ἀριθμὸν, εἴτε καὶ ψέγειν βούλοιτο, πρόχειρον αὐτῷ. κινδυνεύουσι γὰρ εἰς τοσοῦτον ἥκειν ἠλιθιότητος οἱ τὰ τοιαῦτα ληροῦντες ὡς ἐπειδὰν ἢ περὶ τῆς ἑβδομάδος, ἢ περί τινος ἄλλου λέγωσιν, οὐκ ἀρκεῖσθαι μόνοις τοῖς τοιούτοις ψυχρεύμασιν, ὥστε Πλειάδες ἑπτὰ καὶ τῶν ἄρκτων ἑπτάστερος ἑκατέρα, καὶ γὰρ καὶ ὀνομάζουσιν οὕτως, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑπταπύλων Θηβῶν μνημονεύουσι καὶ δηλονότι τῶν ἐπὶ Θήβαις ἑπτά. καίτοι τί πρὸς ἔπος, εἰ Πλειάδες ἑπτὰ, Δίωνα πλευριτικὸν γενόμενον ἑβδομαῖον κριθῆναι; καὶ γὰρ ἄλλοτε μὲν ἐνναταῖος, ἄλλοτε δὲ δεκαταῖος ἐκρίθη. τί δ' ὅμοιον, εἰ ἑπτὰ Νείλου στόματα, Θέωνα περιπνευμονικὸν γενόμενον ἑβδομαῖον κριθῆναι; καὶ γὰρ ἄλλοτε μὲν τεταρταῖος, ἄλλοτε δὲ πεμπταῖος ἐκρίθη. ἀλλ' ὥσπερ κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασι διττὴ τῶν φαύλων ἁπάντων ἐστὶν ἡ φύσις, ὑπερ-

hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur; quum nullam demonftrationem fcientificam hujusmodi placitis adducere queamus. Et amicis frequenter ipfa re oftendimus hujusmodi frigidis fermonibus utendi, five quemvis numerum laudare, five reprehendere voluerit, proclive effe. Nam periculum eft ne eo ftupiditatis veniant, vel de alio quovis dixerint, non contenti folis hujusmodi ineptiis, addant Plejades feptem et utramque urfam feptiftellam, etenim fic nominant, imo et Thebarum feptiportarum meminerunt. At quid ad rem propofitam fpectat, fi Plejades feptem fint, Dionem laterali morbo laborantem feptimo die de morbo judicium fuftiniffe? etenim alias nono, alias decimo die crifim habuit. Quid autem fimilitudinis eft, fi feptem Nili fint oftia, Theonem pulmonis vitio aegrotantem feptimo die judicatum fuiffe? nam aliquando quarto, interdum quinto, morbi judicium accepit. Verum ut in aliis omnibus duplex vitii cujusque ac pravitatis natura eft, exceffus et

βολή τε καὶ ἔλλειψις, οὕτω κἀνταῦθα. τινὲς μὲν ὅλως μισοῦσι καὶ τοὺς τἀληθῆ λέγειν ὑπὲρ ἑβδομάδος ἐπιχειροῦντας; ἐσχάτως ὄντες μισολόγοι τινὲς δὲ εἰς τοσαύτην ἐμπίπτουσι φλυαρίαν, ὡς καὶ τῶν μηδὲν προσηκόντων μνημονεύειν. ἑκατέρα, φασὶ, τῶν ἄρκτων ἀστέρων ἐστὶν ἑπτά. πρῶτον οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἐσχάτην αὐτῶν ἀμαθίαν κατηγορεῖ. κείσθω γοῦν ἀληθές. ἀλλ' οὔθ' ὁ Βοώτης οὔθ' ὁ δι' αὐτῶν τῶν ἄρκτων δράκων ἀστέρων ἐστὶν ἑπτά. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον οὔθ' ὁ στεφανὸς οὔθ' ὁ ἐγγόνασις οὔθ' ὁ ὀφιοῦχος οὔτε καρκίνος, ἢ λέγω, οὔθ' ὅλως οὐδὲν τῶν ιβ' ζωδίων, ἐν οἷς οἱ πλανῆται φέρονται. καίτοι ὅτι τὰ τῇδε κοσμοῦσιν οἵδε καὶ διατάττουσιν, οὐ τοῖς ἀστρονόμοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρίστοις ἅπασιν ὡμολόγηται φιλοσόφοις. [506] οὔτ' οὖν τοὺς φλυαροῦντας ἀποδέχεσθαι χρὴ, καὶ τοὺς ἀποδιδράσκοντας ἀεὶ τοιαύτην θεωρίαν μὴ προσαναγκάζειν.

Κεφ. ιβ'. Ἐμοὶ δ' οὖν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν εὑρῆσθαι νομίζω, γιγνωσκόμενον μέν που

defectus, ita hic quoque. Nonnulli eos qui veritatem de ſeptimana dicere conantur, prorſus adverſantur, quippe qui ſermonem quemlibet ſummo odio proſequuntur. Nonnulli in tantam nugacitatem incidunt ut etiam ea quae ad rem nihil pertinent commemorent. Utrique, urſae, inquiunt, ſeptem ſtellae ſunt. Primum ſane verum non eſt, ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto jam verum, ſed neque Bootes, neque qui per ipſas urſas tranſit draco ſeptem ſtellas obtinet. Pari modo nec engonaſis nec corona nec ophiuchus nec cancer vel leo, nec omnino ullum ex duodecim ſignis, in quibus planetae feruntur, etſi illa terrena exornare atque etiam diſponere non aſtronomis modo, ſed etiam philoſophis clariſſimis in confeſſo habetur. Quamobrem nec recipiendi ſunt nugatores, nec cogendi, qui hujusmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

Cap. XII. A me itaque veritatem ipſam quantum homini licet inventam eſſe puto, quam quidem et Hippo-

καὶ πρόσθεν Ἱπποκράτει, καθότι διὰ τῆς προγεγραμμένης ῥήσεως ἐνεδείξατο, ῥαθυμίᾳ δὲ τῇ τῶν πολλῶν σιωπηθέν. ἐγὼ δ᾽ οὔτ᾽ ἄλλο τι παρ᾽ Ἱπποκράτους μάτην εὑρίσκω γεγραμμένον, οὔθ᾽ ὅτι μηδὲν τούτων ὅλησιν ἡμέρησιν ἀτρεκέως ἀριθμεῖσθαι δύναται, καὶ λαβὼν ἀρχὴν ὁμολογουμένην οὐκ ἀστρονόμοις μόνον, ἢ φυσικοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ γεωργοῖς καὶ ναύταις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἡ σελήνη τὸν περίγειον ἐπιτροπεύει τόπον, οἷον ὕπαρχός τις οὖσα μεγάλου βασιλέως τοῦ ἡλίου, ταῖς ταύτης περιόδοις ἐπέδειξα τὰς κρινούσας ἡμέρας ἑπομένας· ἐπέδειξα δὲ καὶ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν τὰς αἰτίας καὶ διὰ τί τὰς τρεῖς ἑβδομάδας οὐκ εἰς τὴν κα΄, ἀλλ᾽ εἰς τὴν κ΄ μᾶλλον ὁ Ἱπποκράτης ἀξιοῖ περιάγεσθαι. τούτων δ᾽ ἀποδεδειγμένων οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν εὑρεῖν οὐδὲ διὰ τί τὴν μὲν πρώτην ἑβδομάδα τῆς δευτέρας διαζεύγνυσι, συνάπτει δὲ ταύτην τῇ τρίτῃ, οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν τῇ πρώτῃ συνάπτειν εὔλογον ἦν, εἰς τὴν ιδ΄ ἀφικνουμένης τῆς κρίσεως, οὔτε τὴν τρίτην τῇ δευτέρᾳ διαζευ-

crates prius cognoverat, ficut et praefcriptis verbis indicavit, vulgare autem medicorum genus prae fegnitie eam fubticuit. Enimvero nec aliud quippiam ab Hippocrate fruftra fcriptum invenio nec illud, quod *ulla horum computatio totis diebus fieri nequit.* Atque principium non aftronomis tantum, vel naturalibus philofophis, fed agricolis quoque et nautis, hominibusque omnibus receptum affumi, lunam videlicet terreftrem plagam veluti hyparchum quendam magni regis folis gubernare. Hujusce circuitus dies decretorios fequi monftravimus, ad haec coincidentium dierum caufas indicavimus, item cur tres feptimanas ad vigefimum, non ad vigefimum primum, potius Hippocrates voluerit deducere. Caeterum his demonftrantis nullum adhuc negotium eft invenire quare primam feptimanam a fecunda feparet, hanc autem tertiae conjungat. Neque enim fecundam primae, crifi ad quartumdecimum diem perveniente, conjungere ratio poftulabat, neque tertiam a fecunda removere

γνῶναι τῆς κ' μᾶλλον ἢ τῆς κα' ἐκδεχομένης τὰς κρίσεις. ἐπεὶ δὲ τῶν ἑβδομάδων αὐτῶν αἱ δύο μόναι πρῶται διαζεύγνυνται, συνάπτεται δ' ἡ τρίτη, δῆλον ὡς καὶ τῶν τετράδων ἔνιαι μὲν ἐξ ἀνάγκης συναφθήσονται, διαζευχθήσονται δ' ἕτεραι. ἡ μὲν οὖν δευτέρα τετρὰς καὶ ἡ πρώτη συναφθήσονται, διότι μιᾶς ἑβδομάδος τῆς πρώτης διχῆ τμηθείσης ἑκατέρα μόριον ἐστιν. ἡ δὲ τρίτη τῆς δευτέρας διαζευχθήσεται, διότι καὶ ἡ ἑβδομὰς ἡ δευτέρα τῆς πρώτης διεζεύγνυτο. συναφθήσεται δὲ ἡ τρίτη τῇ τετάρτῃ, διότι τῆς δευτέρας ἑβδομάδος ἑκατέρα μόριόν ἐστιν. αὕτη δ' οὖν πάλιν ἡ τετάρτη τῇ ε' συναφθήσεται διὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα συναφθεῖσαν τῇ δευτέρᾳ. συναφθήσεται δε καὶ ἡ στ' τετρὰς τῇ ε' κατὰ τὴν ιζ' ἡμέραν, ὡς ἂν τῆς τρίτης ἑβδομάδος ἑκατέρα μέρος ὑπάρχουσα.

Κεφ. ιγ'. Εἰς μὲν οὖν τὸ καλῶς διαιτῆσαι χρησιμώτατόν ἐστι προγνῶναι τὸν χρόνον τῆς κρίσεως. εἴτε δ' ὀξὺ χρὴ καλεῖν, εἴτε χρόνιον, εἴτ' ἄλλως πως ὀνομάζειν

quum vigeſimus magis quam vigeſimusprimus judicia excipiat. Quoniam vero inter ſeptimanas ipſas duae quidem primae ſeparantur, tertia vero copulatur, perſpicuum eſt quaternarios quoque nonnullos neceſſario conjungi alios, ſeparari. Itaque ſecundus quaternarius et primus conjungentur, quod unius ſeptimanae primae bibariam diviſae particula uterque ſit, tertius a ſecundo disjungetur, quoniam et ſeptimana ſecunda a priore ſeparata eſt. Tertius autem quarto copulabitur, quoniam ſecundae ſeptimanae uterque particula eſt. Hic itaque rurſum quartus propter tertiam ſeptimanam ſecundae conjunctam quinto copulabitur. Adjungetur etiam ſextus quaternarius quinto, in decimoſeptimo die, tanquam tertiae ſeptimanae pars uterque exiſtens.

Cap. XIII. Quapropter ad bonam victus rationem inſtituendam utiliſſimum eſt judicii tempus praecognoſcere, num vero acutum, vel diuturnum, vel alio modo morbum

τόδε τὸ νόσημα, τὸ κατὰ τὴν κ΄ ἡμέραν, εἰ οὕτως ἔτυχε, κριθησόμενον, οὐδὲν ὠφελεῖ τὸν κάμνοντα. δύναται γάρ τις, μηδὲν φθεγξάμενος, ἀλλὰ μηδὲ νοήσας ὅλως ὅ τι ποτὲ χρὴ καλεῖν αὐτὸ, καλῶς διαιτῆσαι τὸν νοσοῦντα, μηδέν γε τῶν ἄλλων παραλιπὼν ἃ πρὸς τοῦτο διαφέρει. τὸ μὲν ἀληθὲς ἅμα καὶ χρήσιμον εἴρηταί μοι, τὸ δὲ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου περαινέσθω, μετὰ ταῦτα δεικνύντων ἡμῶν κἀνταῦθα, πόσον ἀγνοοῦσι τοῦ προσήκοντος οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν. οἴονται γὰρ ὀξὺ μὲν καλεῖσθαι [507] νόσημα τὸ ταχέως κρινόμενον, ἐναντίον δ᾽ ὑπάρχειν αὐτοῦ τὸ χρόνιον. ἔχει δ᾽ οὐχ οὕτω τἀληθὲς, ἀλλ᾽ ἔστι γάρ τι νόσημα βραχυχρόνιον μὲν, οὐ πάντως δ᾽ ὀξύ. καὶ τούτῳ μὲν ἐναντίον ἐστὶ τὸ χρόνιον, ἢ πολυχρόνιον, ἢ ὅπως ἂν τις ἑτέρως ἐθέλῃ καλεῖν αὐτό. τῷ δ᾽ ὀξεῖ φύσις ἑτέρα νοσήματος ἀντίκειται, οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κεκτημένη. καὶ τοῦτ᾽ εἰκότως ἐγένετο· τοῦ γὰρ ὀξέως νοσήματος, ὡς ὁ μὲν Ἀρχιγένης ὑπεγράφετο, τοῦ διὰ συντόμως κινδυνώδους· ὡς δ᾽ Ἱπποκρά-

nominare conveniat, qui vigefimo die verbi gratia judicandus eft, id nihil aegro praefidii affert; poteft enim quispiam ne locutus quidem, imo qui nec prorfus cogitaverit, quinam ipfe vocandus fit, probam victus legem aegro inftituere, modo nihil ex aliis praeterierit, quae huc conferre videntur. Jam fane veritatem fimul et utilitatem expofui; fophifticarum autem nugarum finis jam efto, poft haec oftendentibus nobis hoc in loco quantum plerique medici ea quae conveniant ignorent. Putant enim acutum vocari morbum qui celeriter judicatur, contrarium hujus diuturnum. At veritas non ita habet: eft fiquidem morbus quidem brevi tempore durans, non tamen omnino acutus. Huic contrarius eft morbus diuturnus, vel multo tempore durans, vel quomodocunque aliter quis vocare ipfum malit; acuto, alia morbi natura nullum proprium nomen fortita, oppofita eft, idque merito evenit; nam acuti morbi, qui, ut Archigenes quidem defcribebat, cum velocitate eft periculofus, ut Hip-

της ἔλεγε, τοῦ μετὰ πυρετοῦ συνεχοῦς γιγνομένου, συμβεβηκὸς ἐξ ἀνάγκης ἔσται τὸ ταχέως κρίνεσθαι. κατὰ μὲν γὰρ τὸ τῆς κινήσεως εἶδος ὀξὺ προσηγόρευται, παύσασθαι δ᾽ ἀναγκαῖον αὐτὸ διὰ ταχέων, ὡς ἂν ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν οἰκείαν τελευτήν. αὐτὸ γὰρ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ταχέως κινεῖσθαι, τὸ συῤῥεῖν ἐπὶ τὸ πέρας. ἔσται δὴ πάντως βραχυχρόνιον μὲν κατ᾽ ἄλλο μέν τι καὶ ἄλλο τῶν ἐν αὐτῷ, τό τ᾽ ὀξὺ καὶ τὸ βραχυχρόνιον εἰρήσεται. διὰ μὲν γὰρ τὸ τῆς κινήσεως ἠπειγμένον ὀξὺ, διότι δ᾽ οὐχ οἷόν τε χρονίζειν αὐτῷ ταχέως κινουμένῳ, βραχυχρόνιον ὀνομασθήσεται. φύσις δ᾽ ἄλλη νοσήματος αὐτῷ παράκειται βραχυχρονίου. πολλοὶ γὰρ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν διά τινα ψῦξιν, ἢ ἔγκαυσιν ἐπιπόλαιον, ἢ κάματον βραχὺν, ἢ ἀγρυπνίαν, ἢ λύπην, ἢ μέθην, ἢ θυμὸν, ἤ τι τοιοῦτον, ἐγένοντο μικροί τε ἅμα καὶ βραχεῖς καὶ τελέως ἀκίνδυνοι, καὶ τούτους οὐδεὶς οὔτε ἰδιώτης οὔτε ἰατρὸς ὀξὺ νόσημα καλεῖν εἴθισται. τὸ μὲν οὖν ὀξὺ τοῦ βραχυχρονίου σαφῶς ἐν αὐτοῖς τούτοις διακέκριται, τὸ δὲ βραδὺ τῷ πολυχρο-

pocrates autem, cum febre continua evenit; accidens necessario erit ut celeriter judicetur, etenim ex motus specie acutus nuncupatur, Quiescere autem celeriter ipsi est necesse, ut qui ad proprium finem properet nam idem est celeriter moveri ac ad terminum confluere. Erit jam omnino brevis temporis, alia tamen atque alia ratione et acutus et brevis temporis dicetur; nam propter motus celeritatem acutus, quod vero diu morari is qui celeriter movetur non potest, brevis temporis appellabitur. At ei adest alia morbi natura, multae siquidem febres diariae ex frigore quodam, vel adustione partium exteriorum, vel labore brevi, vel vigilia, vel tristitia, vel ebrietate, vel ira, vel id genus similibus, proveniunt, parvae simul et breves et periculis prorsus vacuae, atque nemo has vel idiota, vel medicus acutum morbum vocare consuevit. Itaque acutus a brevi morbo his signis manifeste distinctus est, tardus autem cum diuturno

νίῳ συνεχύθη, καίτοι γ' οὐ τὴν αὐτὴν ἔχον ἔννοιαν, εἴ γε τὸ μὲν ὀξὺ τῷ βραδεῖ, τὸ δ' ὀλιγοχρόνιον τῷ πολυχρονίῳ κατ' ἀντίθεσιν εἴρηται. πᾶν μὲν οὖν ὀξὺ πάντως ὀλιγοχρόνιον, καὶ πᾶν χρόνιον ἐξ ἀνάγκης βραχὺ, οὐ μὴν οὔτ' εἰ βραχυχρόνιον, ὀξὺ πάντως, οὐδ' εἰ βραδὺ, πολυχρόνιον. ἐξ οὖν τῆς τοιαύτης ὑπαλλάξεως, οὐ πάνυ τι σαφοῦς ὑπαρχούσης τοῖς πλείστοις τῶν ἰατρῶν, οὐ μόνον αἱ προσηγορίαι συνεχύθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν αἱ διαγνώσεις.

confufus eft, quanquam non eandem notionem obtinet, fiquidem acutus tardo, exigui temporis, diuturno oppofitus eft. Omnis ergo acutus plane exigui temporis morbus eft et omnis diuturnus neceffario tardus, non tamen fi brevis temporis, acutus ftatim eft, neque fi tardus, longi temporis. Proinde ex tali immutatione non admodum manifefta compluribus medicis, non appellationes tantum, fed rerum quoque ipfarum dignotiones confufae fuerunt.

LIPSIAE

LITERIS GUILELMI HAACK.

CONTENTA TOMI IX.